

CAPUT II.

De Praeceptis Caritatis erga Proximum.

Caritas proximi quid praecipiat.

« Caritas proximi *praecipit*: 1°. Ordinari in eo diligendo. 2°. Dilectionem ini-
micorum. 3°. Eleemosynam. 4°. Corre-
ptionem fraternalm. — Deinde prohibet:

« 1°. Odium proximi. 2°. Scandalum. 3°. Ne
injuria, bellum aliud grave damnum
vel malum inferatur. De quo postremo
agetur in Decalogo: de reliquis hic ».

Quid prohibeat.

DUBIUM I.

Quis Ordo servandus inter personas quae diliguntur.

25. Qualis est ordo caritatis erga seipsum et proximum. — 26. An liceat aliquando se
privare bonis spiritualibus, vel se exponere periculo peccandi ob caritatem. — 27. Quando
teneamur succurrere proximo.

Ordo caritatis.

25. — « Resp. I°. Ordine caritatis, quis-
que tenetur post Deum diligere: 1°. sei-
psum, secundum bona spiritualia; 2°. pro-
ximum, quoad eadem bona; 3°. seipsum,
quoad bona corporalia; 4°. proximum,
quoad eadem; 5°. denique seipsum, et
deinde proximum, quoad bona externa.
— Ita Laymann¹ ex S. Thoma, et com-
muniter ».

26. — « Unde resolvuntur hi casus:

« 1°. Peccat contra caritatem sui, qui
salutem suam spiritualem vel corpora-
lem negligit: quod grave est, si fiat sine
causa, et cum gravi damno, v. gr. mor-
tis vel gravis morbi. — Trullench² ».

Bona spiritualia non necessaria.

Nota quod per se loquendo, potest
quis privare seipsum bonis spiritualibus
non necessariis ad salutem, ob bonum
proximi spirituale vel corporale; ut es-
set, omittere ingredi in religionem, ad

alendos parentes suos vel filios. Salmant.³
Sed vide dicenda Lib. IV, n. 78.

Pariter licitum est, ob salutem spiri-
tualem proximi se exponere probabili
periculo peccandi; quia periculum illud,
quando adest gravis causa illud subeundi,
non judicatur voluntarie suscipi. Ita Sal-
mant.⁴ cum Sanchez⁵, ex S. Basilio⁶. —
Imo⁷ cum Valentia⁸, Azor⁹ et communi-
dicunt, ad hoc teneri qui dubitat de suo
periculo, dum periculum proximi e
contrario est certum; nempe, si infans certo
sit moriturus sine Baptismo, si tu non ac-
cedas, licet accedere non possis sine sub-
versionis periculo. Vide Lib. V, n. 63 et
Lib. VI, n. 453.

« 2°. Nullius boni consequendi causa
licet peccare, etiam venialiter: quia ta-
lis vellet sibi malum spirituale. — Lay-
mann¹⁰ ».

Exponere
se peccan-
di periculo
proper pro-
ximum.

¹ Lib. 2, tr. 8, cap. 8, n. 1. — ² S. Thom., 2^o 2^o, qu. 26,
art. 2 et seqq. — ³ Decal., lib. 1, cap. 6, dub. 1, n. 3. —

magis providebit Deus ne in illo pereat ». Nec
vero S. Basilius aliquid similis habet in alle-
gato cap. 4; sed cap. 5, disserens de operibus
quae ascetae convenient, scribit: Quod si
oportuerit ob inevitabilem quamdam necessi-
tatem opus aliquod etiam sub dio perfici, ne
hoc quidem philosophiae futurum est impe-
dimento ». Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 31,
col. 1359.

⁵ Valentia, in 2^o 2^o, disp. 3, qu. 4,
punct. 3, assert. 5; et Azor, part. 2, lib. 12,
cap. 4, qu. 3, a Salmant. pro hac sententia

Peccare
proper bo-
num, illici-
tum.Succurren-
dum proxi-
mo in ex-
rema ne-
cessitate
spirituali.

27. — « 3°. Tenetur quisque proximo, in
extrema necessitate spirituali constituto,
succurrere, etiam cum certo vitae pe-
riculo: dummodo sit aequa certa spes
illum juvandi, neque gravius inde ma-
lum immineat; v. gr. teneris cum vitae
periculo baptizare vel absolvere mori-
turum, si alias non adsit qui faciat.
— S. Augustinus¹, S. Thomas², Regi-
naldus³.

« Dixi: *in extrema*; v. gr. qua certo
putetur moriturus in mortali; quia in
gravi tantum obligatur is qui ex officio
alienam salutem curat, ut parochus: cui
ideo non licet fugere tempore pestis,
nisi substituto aequa idoneo. Valentia et
Laymann⁴.

Etiam cum
jactura pro-
priae vitae.

Tenetur quidem quisque succurrere
proximo in extrema necessitate spirituali,
ad huc cum jactura sua vita. Dummodo
tria constant: 1°. Ut sit aequa spes ju-
vandi, ut ait Busenbaum cum Laymann.
2°. Ut proximus nullum alium habeat, a
quo sublevetur. 3°. Ut proximus certo
damnandus sit, nisi a te adjuvetur; ita ut
(addit Malerus) tibi constet, proximum
aliter non esse convertendum contritione
vel alia operatione divinae gratiae.

Non ita
in neces-
itate gravi.

Hinc, si proximus sit in necessitate
tantum gravi, non teneris ei succurrere
cum periculo vitae, famae vel bonorum:
nisi sis pastor, ut ait cum Busenbaum
[Contin.] Tournely⁵; vel nisi tuum da-
mnum temporale esset leve, ut Salmant.⁶
— Hinc dicunt Salmant.⁶ cum Suarez,
Palao, Coninck, ex S. Thoma⁷, quod non

¹ De Mendacio, cap. 6, n. 9; ap. Migne, Patrol. lat.,
tom. 40, col. 495. — ² Loc. cit. — ³ De Decal., cap. 1, art. 3, sect. 4, punct. 1,
ad 2. — ⁴ Lib. 4, n. 359. — ⁵ Valent., in 2^o 2^o, disp. 3, qu. 4,
punct. 3, vers. *Ex quo sequitur*. — ⁶ Lib. 2, tr. 3, cap. 3,
n. 3. — Laym., loc. cit. — ⁷ Malder., in 2^o 2^o, qu. 26, art. 5,
vers. *Dico 3o*. — ⁸ Tr. 21, cap. 6, n. 34. — ⁹ Loc. cit., n. 32. — ¹⁰ Suar., de Carit., disp. 9, sect. 2, n. 4. — ¹¹ Pal., tr. 6, disp. 1,
punct. 9, n. 9. — ¹² Con., disp. 25, dub. 7, n. 96. — ¹³ Tr. 21,
cap. 6, n. 33 et 34. — ¹⁴ S. Thom., 2^o 2^o, qu. 26, art. 5, ad 3.
— ¹⁵ Pal., loc. cit. — ¹⁶ Lib. 2, n. 174. — ¹⁷ Lib. 2, n. 175.
— ¹⁸ Carden., Crisis, disp. 76, n. 6.

non recte allegantur; nam *locis citatis*, asse-
runt obligationem exponendi periculo vitam
corporalem pro spirituali proximi salute.

27. — « ¹ Contin. Tournely, *Decal.*, cap. 1,
art. 3, sect. 4, punct. 1, v. f., vers. *Dico 2o*,
docet quidem neminem, nisi ad id obligetur
ratione officii, teneri cum periculo vitae alii
in necessitate gravi subvenire; sed addit:
« Tenemur tamen ex caritate proximo, in
gravi necessitate spirituali constituto, subve-

teneris retrahere peccatores cum tali pe-
riculo, nec ad Indos convertendos navi-
gare: cum sint alii qui hoc facere pos-
sunt, et alias fructus sit incertus; ut etiam
notant Tamburinius, Bonacina⁸, Palaus⁹
et [Contin.] Tournely¹⁰.

Secus vero, te teneri dicunt 1°. Sal-
mant.¹¹ si communitas aliqua esset in
gravi necessitate spirituali; quia tunc
grave damnum commune praecavendum
est magis, quam tuum particolare. — Hinc
inferunt, teneri cum periculo vitae mini-
strare sacramenta populo, qui alias esset
in periculo amittendi fidem; vel si tem-
pore pestis populus sit omni sacerdote
destitutus; ut Laymann¹².

Dicunt 2°. teneri in gravi necessitate,
qui ex officio debet subvenire, modo spe-
ret fructum. — Hinc tenentur ex justitia
pastores, scilicet episcopi et parochi, cum
periculo vitae, ministrare oibus sacra-
menta necessaria: ut Baptismum et Poe-
nitentiam, non vero alia. Nec pastor po-
test tunc officium renuntiare (licet possit
alios substituere cum justa licentia Ordinarii;
ut Laymann ex communi cum Valen-
tia¹³, Palao¹⁴). Ita cum Busenbaum, Sal-
mant.¹⁵ cum S. Thoma, Palao, etc. Et hoc
certum esse dicit Croix¹⁶, ubi addit Suarez¹⁷,
quod pastor tenetur, etiam cum
magno suo damno temporali, procurare
magnam utilitatem spiritualem subditi.

Quaenam autem sit necessitas spiri-
tualis extrema, et quaenam gravis?

Croix¹⁷ cum Cardenas, Valentia¹⁸, etc.,
dicit *extremam* esse, quando proximus est

Nisi com-
munitas sit
in necessi-
tate.

Nisi ex of-
ficio tenea-
ris succur-
re.

nire, non solum cum levi, sed etiam cum gravi
aliquo damno temporali proprio ».

⁸ Suarez citatur quidem a Croix ut asserit
S. Alphonsus; ipse tamen, *de Carit.*, disp. 9,
sect. 2, n. 5, dicit pastorem teneri magnam sub-
diti spiritualem utilitatem procurare, « etiam
cum aliquo detimento corporali, quamvis non
vitae, sed inferioris ordinis; quod totum in
particulari per prudentiam ponderandum est ».

⁹ Valentia minus recte a Croix pro hac

Necessitas
spiritualis
extrema
et gravis,
quae.

in proximo periculo damnationis vel pec-
candi, ex vehementia passionis. (Sed me-
lius dicunt Salmant.¹, et Palaus² cum Bo-
nacina, neminem teneri cum periculo vitae
aut bonorum, extrahere alios a peccatis,
a quibus possunt ipsi se liberare per sei-
psos aut per poenitentiam); *gravem* au-
tem esse, quando ex circumstantiis salus
aeterna ei difficilis redderetur.

An autem sit obligatio absolvendi mori-
bundum cum periculo vitae?

Affirmandum, si is habituatus sit in
peccatis, et sit adeo rudis, ut nesciat
actum contritionis elicere. Ita Palaus³,
Coninck⁴, Navarrus⁵, Salmant.⁶, Mazzotta⁷, etc. Tempore autem pestis, cen-
seco cum Laymann (ut supra) contra Pa-
laum⁸, teneri sacerdotes, deficientibus
aliis, absolvere moribundos cum periculo
vitae; quia in tanta multitudine morien-
tium nunquam deficient hujusmodi igno-
rantes.

Quaeritur: *an quis teneatur occidere
nocentem pro tuenda vita innocentis?* —
Affirmat Laymann⁹ ut probabilius, cum
Navarro, Molina, etc.; nisi non possit oc-
cidere sine gravi incommodo. Sed verius
negatur; ut infra de quinto Praecepto,
Lib. III., n. 390.

« 4°. Ordinarie non licet vitam suam
« postponere alienae. Addo: *ordinarie*;
« quia licet, si sit persona publica, a qua

¹ Tr. 21, cap. 6, n. 32. — ² Loc. cit., n. 9. — ³ Bonac.,
disp. 3, de 1° Praec. Decal., qu. 4, punct. 4, n. 2 et 4. —
⁴ Loc. cit., n. 6. — ⁵ Laym., loc. cit., cap. 3, n. 8. — ⁶ Loc. cit.,
n. 6, i. f. — ⁷ Loc. cit., n. 5. — ⁸ Navar., in can. *Non in infe-*

sententia adducitur; nam ille, *in 2am 2ae*,
disp. 3, qu. 4, punct. 3, assert. 5, vers. Est
igitur sciendum, negat proximum extrema
necessitate laborare: « Si quomodocumque ad
tempus sit futurus extra gratiam; sed si pu-
tet vel certo vel probabilius moriturus etiam
extra gratiam, atque adeo incursum quoque
damnationem aeternam. Id quod dupliciter
potest accidere. Primo si jamjam mors quo-
que corporalis immineat. Secundo si ob rei
circumstantias putetur saltem proximus longo
tempore in malo statu permanens, atque
adeo ex hac vita migraturus, ut quae est in-
certissima ».

^{a)} Coninck, *de Caritate*, *disp. 25, dub. 7,*
n. 90, non de habituato in peccatis (sicut nec
Mazzotta, *tr. 2, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 3, qu. 1,*
v. Similiter si te) loquitur, sed de existente
in lethali peccato, cuius status certo sciretur

« multum pendet: uti etiam pro republica,
« pro fide et religione defendenda; imo
« etiam pro amico, propter Deum dilecto.
« — Lessius⁶, Laymann⁷.

« Resp. II^o. Quod proximos inter se,
« servandos est hic ordo: 1^o. Qui melior
« est, magis diligendus est ea dilectione,
« quam comitatur gaudium circa bona
« possessa, item honor, cultus et reveren-
« tia. Sic v. gr. plus diligendus est vir
« sanctus, quam parens improbus. Ratio,
« quia est magis conjunctus cum prae-
« cipio objecto caritatis, quod est Deus.
« Item parentes, magis quam filii vel uxori;
« magisque benefactores, quam ii quibus
« benefecimus. Laymann⁸ et communiter.
« — 2^o. Appretiative, et dilectione ea, qua
« alteri optamus bonum nondum posses-
« sum, cum beneficentia, magis diligendi
« sunt ii, qui nobis sunt conjunctiores,
« quoad ea bona quae sunt debita tali
« conjunctioni, et in quibus haec fundatur.

« Unde resolves:

« 1^o. In bonis pertinentibus ad naturam,
« et vitam corporalem conservandam, suc-
« currendum est (extra necessitatem ex-
« tremam) primo omnium uxori, quia est
« una caro cum viro. 2^o. Filiis ». [In ae-
quali necessitate, primo est succurrentum
filiis, quam parentibus. Salmant.⁹ cum
S. Thoma et communi]. « 3^o. Parentibus,
« et quidem patri praemate. 4^o. Fratri-

Ordo cari-
tatis inter
proximos.

In bonis
pertinenti-
bus ad vi-
tam.

« bus, sororibus; deinde propinquis, dome-
« sticis, et familiaribus. — Dixi: *extra extre-
« mam necessitatem*; quia in hac parentes,
« eo quod vitam dederint, praeferebant sunt
« etiam uxori et liberis. Laymann¹ ». [Ita
etiam Continuator Tournely², et proba-
bilius, contra Salmant.³. Nota hic, quod
in extrema necessitate praeferebant sunt
parentes creditoribus. Salmant.⁴ cum Cajeta-
niano⁵, Soto⁶, contra Navarrum⁷, etc.].

« 2^o. In rebus pertinentibus ad civi-
« lem communicationem, praeferebant sunt
« concives; in bellicis, commilitones; in
« spiritualibus, spirituales filii, patres, fra-
« tres. Bañez tamen probabilius docet,
« parentes carnales, etiam in spirituali-
« bus, aliis omnibus praeferebant: quia
« conjunctio carnalis est fundamentum
« aliarum conjunctionum. — Vide Lay-
« mann⁸.

In perti-
nentibus ad
morale con-
sortium.

DUBIUM II.

De odio et dilectione inimicorum.

28. *An quisque teneatur inimico exhibere communia signa dilectionis.* — 29. *An injuriam remittere.* — 30. *An abominatio sit licita. An in confessione explicanda sit species mali, proximo voliti. Et an aliquando liceat proximo velle malum.*

Inimici dili-
gendi sunt.

Signa com-
munia tan-
tum deben-
tur.

Signa spe-
cialia quan-
do debean-
tur.

28. — « Certum est, inimicos aliquo
« modo diligendos, cum sint proximi: cum
« S. Thoma⁸, communiter omnes. — Sed
« quaeritur de modo, et an possint odio
« haberi.

« Resp. I^o. Quilibet homo, saltem pri-
« vatus, tenetur proximo, etiam inimico,
« *communia* dilectionis signa et beneficia
« exhibere, ex praeepte; *specialia* vero,
« ex consilio tantum, nisi aliunde ratio
« obligationis accedit. — Ita communiter
« cum Laymann⁷, ex S. Thoma⁸. Dixi 1^o.
« *Communia*; qualia, secundum Cajeta-
« num⁹, sunt quae christiano debentur a
« quovis christiano in communi, concivi
« a concive, cognato a cognato. Ratio au-
« tem est, quia ista negare est vindicare
« injuriam: quod non licet privato. — Dixi
« 2^o *Nisi aliunde accedit ratio obligatio-
« nis*; qualis esset v. gr.: 1^o timor scan-

¹ Loc. cit., n. 6. — ² De Decal., cap. 1, art. 3, sect. 4,
punct. 2, concl. 4, n. 1, 3 et 5. — ³ Tr. 24, n. 21. — ⁴ Loc.
cit., n. 25. — ⁵ Bañez, in 2^{am 2ae}, qu. 26, art. 8, dub. 2, vers.
Secundo dico. — ⁶ Lib. 2, tr. 3, n. 6, coroll. 7. — ⁷ 2^{am 2ae},

« dali ex omissione; 2^o spes salutis inimici
« (vide Azor¹⁰); 3^o necessitas temporalis,
« vel spiritualis; 4^o culpae deprecatio, et
« exhibitio specialium signorum amoris.
« Ratio est, quia his casibus neglectus spe-
cialium signorum esset exterior odii de-
claratio. Laymann¹¹.

« Unde resolves casus sequentes:
« 1^o. Per se loquendo, nemo tenetur
« ad inimicum diligendum positivo et pe-
« culari actu, neque ad eum salutandum,
« alloquendum, aegrotum invisendum,
« moestum consolandum, hospitio exci-
« piendum, vel familiariter cum eo agen-
« dum, etc.; quia haec sunt signa specia-
« lia amoris. Fillucci¹². — Dico: *per se*;
« quia, si omission scandalosa esset, aut
« per aliquid horum posses sine tuo incom-
« modo inimicum tibi et Deo reconciliare,
« id omittere esset grave; uti etiam, si

⁸ Loc. cit., cap. 4, n. 2 et 3. — ⁹ 2^{am 2ae}, qu. 25,
art. 9. — ¹⁰ Summa, v. *Odium*. — ¹¹ Part. 2, lib. 12, cap. 3,
quaer. 4. — ¹² Loc. cit., cap. 4, num. 2. — ¹³ Tract. 28,
num. 19.

¹³ Salmant. videntur allegare autores, non
quidem pro hac ipsa sententia, sed pro ratione
qua nititur, quod scilicet: « in necessitate extre-
ma omnia sunt communia; ergo, cum me-
lior sit conditio possidentis, sibi potius, et con-
sequenter (*nota*) patri subveniendum est quam
creditori. Sic docent... Sotus..., Cajetan. ». — Et
re quidem vera Cajetanus, *in 2am 2ae*, qu. 62,
art. 5, ad 4um; Sotus, *de Just. et Jure*, lib. 4,
qu. 7, art. 1, vers. *Ad 4um argumentum*,
non aliud docent nisi: in extrema necessitate

possessorem creditoris praefendum esse. Quin
etiam Sotus paulo inferius, de praesenti casu
disserens: an scilicet « parente tuo ac tuo pa-
riter creditore in eamdem extremam neces-
sitatem conjectis, teneatis potius patri quam
creditori? » quaesito sic respondet: « Arbitror
problema esse in utramque partem proba-
bile ».

¹⁴ Navarrus, in *Man.*, cap. 17, n. 60, ita
scribit: « In necessitate extrema constitutus...
restituere non tenetur, nisi creditor eadem

« inaequalis persona soleret alium salvando praevenire, v. gr. subditus prae-
« latum. Laymann¹ ».

Sic etiam, si prius consueveras inimico peculiaria signa exhibere; ut Continuator Tournely² cum Suarez³, Bonacina⁴, etc. Ad hoc tamen non teneris cum gravi tuo incommodo, modo scandalum amoveas.

Excludere a communibus signis, est mortale

« 2°. Non licet inimicum excludere a communibus orationibus, v. g. oratione « Dominica, et quae pro communitate in-
« stituitur; nec a communibus eleemosy-
« nis, resalutatione, responsione, exposi-
« tarum mercium venditione: quia haec « sunt communia dilectionis signa. Ideo-
« que contra haec facere, v. gr. cognatos « omnes invitare, obvios omnes ex vicinia « vel collegio, ex consuetudine salutare,
« solo inimico excluso, est ex genere suo « et regulariter mortale. S. Thomas, Na-
ex genere suo.
varris, Laymann.⁵ — Addo 1°. *Ex ge-*
nere suo; quia si levitas materiae, aut
« causa rationabilis excusat, v. gr. si pa-
« ter vel superior, filio vel subdito, ob
« correctionem ea subtrahat ad tempus,
« leve vel nullum erit: quia habet jus pu-
niendi. Addo 2°. *Regulariter;* quia, si
« persona multo major inferiorem non
« resalutet, v. gr. nobilis rusticum, pater
« filium, non videtur mortale; ut notat
« Sà⁶, Bonacina⁷; vide Azor⁸.

Exceptiones.

Notat autem Continuator Tournely⁶, quod si nolis cum inimico conversari, quia non aliud quam malum ab eo exspe-

¹ Lib. 2, tr. 3, cap. 4, n. 2. — ² Decal., cap. 1, art. 3, sect. 3, concl. 3, *Quinto*, v. 5. *Si ante.* — S. Thom., 2^o 2^o, qu. 25, art. 9. — *Navar.*, Man., cap. 14, n. 28. — ³ Loc. cit. — ⁴ Disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. 3, n. 4. — ⁵ Part. 2, lib. 12, cap. 3, quer. 5. — ⁶ Decal., cap. 1, art. 3, sect. 3, concl. 3, *Tertio*, vers. *Si quis tamen.* — S. Ber-nard. *Senen.*, tom. 1, serm. 36, art. 1, cap. 1. — ⁷ Tr. 6, disp. 1, punct. 6, n. 5. — *Valent.*, in 2^o 2^o, disp. 3, qu. 3, cum § 64.

necessitate prematur; imo neque si eadem prematur..., nisi dominum ejus quod restituendum est, semper penes creditorem re-mansit».

28. — ^a) Suarez, *de Carit.*, disp. 5, sect. 5, a num. 7; Bonacina, disp. 3, de 1^o praec., qu. 4, punct. 3, num. 3, male allegantur a Continuator pro hac sententia, quam non habent.

^b) Sà, v. *Caritas*, n. 9, in editione correcta haec dumtaxat habet: « Teneris quidem... sa-lutantem te resalutare, et veniam petenti re-conciliari ». Sed editio genuina non correcta

ctare possit; vel quia (ut ait S. Bernardinus Senensis) probabilitas times, ex hoc pejus evenire; tunc abstinentum ab illis amicitiae signis, modo interius diligas, et apud alios scandalum repares.

Quaeritur: *an teneris salutare ini-micum?*

Resp. negative, regulariter loquendo; quia, per se, omissio salutationis non est signum odii, nisi antea solebas eum salutare; vel nisi ex circumstantiis colligatur, ex odio non salutare; vel ille sit tuus superior; vel nisi occurribus pluribus, inter quos est ille, reliquos, eo excepto, salutes. Ita Palaus⁹ cum Valentia et Coninck, Salmant.¹⁰, Mazzotta¹¹, Bonacina¹², Tamburini¹³, Sporer¹⁴. Vel etiam (addendum) si sine magno incommodo salutando inimicum, posses eum ab odio et culpa gravi liberare: ad hoc enim bene videtur caritas te obstringere, ut recte ait Continuator Tournely¹⁵. — Omnino autem teneris eum resalutare: quia alias censeris inimicum contemnere, et in hostilitate velle perseverare; ut communiter cum AA. ci-tatis docetur. Excipe, nisi esses praelatus, parens vel judex; vel nisi hoc facias, non ex odio, sed ex justo dolore acceptae injuria; ut Sporer, Mazzotta¹⁶, et Hurtadus apud Tamburini¹⁷, modo, ut bene adver-tunt Roncaglia¹⁸ et Mazzotta¹⁹ cum Tam-burini²⁰, ex brevi tempore injuriam ac-cepitis. — Religiosum autem, qui renue-ret per notabile tempus, puta post heb-

punct. 2, v. *Hinc sequitur* 1^o. — Coninck, disp. 24, dub. 6, n. 91 et 92. — ⁸ Tr. 21, cap. 6, n. 21. — ⁹ Tr. 2, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 2, qu. 8. — ¹⁰ Disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. 3, n. 3. — ¹¹ Decal., lib. 5, cap. 1, § 3, n. 11. — ¹² Decal., tr. 2, cap. 6, n. 29. — ¹³ Decal., cap. 1, art. 3, sect. 3, concl. 3, *Quinto*, n. 4. — Spor., loc. cit., n. 31. — Petr. Hurtad., de Carit., disp. 153, sect. 4, § 67, i. f. cum § 64.

ita prosequebatur: « Quodsi scandalum nullum sequitur, et causa subest aliqua haec negandi, non auderem negantem condemnare ».

c) Mazzotta, loc. cit., qu. 3, non loquitur de resalutatione, sed de ipsa salutatione.

d) Tamburini, loc. cit., n. 12, allegat pariter Petrum Hurtadum pro salutatione; quamvis ipse Hurtadus, loc. cit., idem quoque te-neat de resalutatione, ut dicit S. Alphonsus.

e) Roncaglia, tr. 6, qu. 3, cap. 2, qu. 2, resp. 2, haec advertit in ordine ad ipsam sa-lutationem, non vero ad resalutationem.

f) Mazzotta, loc. cit., qu. 6, et Tamburini,

Salutare
inimicum,
quando ne-
cessarium.

Resalutatio
necessaria.

Exceptio-
nes.

Damnum
non neces-
sario con-
donandum.

domadam, colloqui cum inimico, merito dicit Sporer²¹, non esse absolvendum.

29. — ^a 3^o. Etsi quivis teneatur inimico « veniam legitime petenti non tantum « interius remittere, sed etiam externa « remissionis signa ostendere; negat ta-men Trullench²² ex Azor et Filliuccio, « teneri statim postquam offensio est illata: « eo quod sit res violenta, et supra fra-gilitatem humanam ».

Ita etiam probabiliter Sporer²³ cum Tamburini ex communi; quia videtur supra humanam fragilitatem, laesum cogere statim ad reconciliationem faciendam, nondum sedata perturbatione. Unde exspectandum tempus opportunum; et interea sufficiet, quod offensus deponat odium.

Non tenetur autem remittere satisfa-citionem pro damno, si ab eo sit laesus: « imo nec eam acceptare, si offerat; sed « etiam juridice potest compensationem « petere, dummodo in utroque casu po-natur odium, ut docent Valentia, Navar-rus, Laymann²⁴. Quod si tamen poena « sit valde gravis, v. gr. capititis, mutila-tionis, neque laeso ex ea commodum « proveniat, non videtur ea, deprecante al-

¹ Decal., lib. 1, cap. 5, dub. 5, n. 13. — *Azor*, part. 2, lib. 12, cap. 3, qu. 7. — *Fill.*, tr. 28, n. 25. — ² Tr. 2, cap. 6, n. 44. — *Tambur.*, Decal., lib. 5, cap. 1, § 3, n. 22. — *Valent.*, in 2^o 2^o, disp. 3, qu. 3, punct. 2, v. f. v. *Videtur autem.* — *Navar.*, lib. 5, consil. 1, de accusationib.; et consil. 3, de poenitent., etc., n. 2. — ³ Lib. 2, tr. 3, cap. 4, n. 3. — *Sil-vest.*, v. *Caritas*, n. 4, quer. 6, vers. *Tertium*. — ⁴ Tr. 28,

« tero, sine peccato vindictae posse expeti. « — Similiter, si satisfaciat quantum po-test, ad id quod non potest eum urgere,

« videtur contra caritatem; ut docet Sil-vester et Filliucci²⁵.

Licet quivis teneatur inimico injuriam remittere, dicunt tamen Salmant.²⁶, quod nemo tenetur vindictam publicam condonare, cum poena cedat in bonum reipublicae. Sed²⁷ fatetur Bañez cum Busenbaum (ut supra), difficile esse tunc non uti livore vindictae, si poena sit capitis vel mutilationis: et hoc dicendum est de quacumque poena gravi; quia difficile est ut offensus diligit vindictam publicam propter amorem communis boni, disjuncte ab amore propriae vindictae, ut bene advertunt Laymann²⁸, Sporer²⁹, Viva³⁰ et Roncaglia³¹. Hinc adhaereo Antoine³², quod practice loquendo, nunquam liceat expetere *punitiōnē inimici, etī justam, et legiti-mā auctoritatē faciendam*. — Cae-terum ait Continuator Tournely³³ cum Ha-bert, bene posse aliquem prosequi coram judice satisfactionem injuriarum, si alias tota sua familia infamiam sit passura. Item D. Thomas³⁴ dicit, vindicationem posse

n. 22. — ⁵ Tr. 21, cap. 6, n. 18. — ⁶ Ap. Salmant., loc. cit. - Bañez, in 2^o 2^o, qu. 25, art. 9, dub. 5, vers. *Dico* 4. — ⁷ Lib. 2, tr. 3, cap. 4, n. 3. — ⁸ Tr. 2, cap. 6, n. 20. —

⁹ De Praec. Decal., qu. 11, art. 5, n. 3. — ¹⁰ Tr. 6 de Carit., qu. 3, cap. 2, qu. 2, resp. 3. — ¹¹ Decal., cap. 1, art. 3, sect. 3, concl. 3, qu. 4, vers. *Dixi regulariter.* - Habert, de Carit., cap. 3, § 2, qu. 6. — ¹² 2^o 2^o, qu. 108, art. 1.

Petitio vin-dictae pu-blicae, peri-culosa.

loc. cit., n. 22, haec utique docent, sed de de-danda venia petenti.

g) Sporer cum distinctione loquitur; et qui-den, loc. cit., cap. 6, n. 34, disserit de duabus monialibus, quae post rixam, longo tempore inter se non colloquebantur, et quaerit utrum eis deneganda sit absolutio: « Resp. Omni-no quod sic, saltem quando causa rixae, vel ipsa rixa gravis fuit. Quia eo casu cessatio loquendi per tantum tempus, vel tot annos merito prae-sumitur ab odio gravi proficiunt. Quodsi tam-en causa rixae ipsaque levis fuit, quantum est ex hoc capite significacionis odii ac scandalii, poterit omissione loquendi a mortali ex-cusari et veniale reputari. Quia tunc, maxime in foeminis, iisque alioquin timoratis, non prae-sumitur oriri ex odio gravi..., quamvis iterum ex alio capite, scilicet veri odii interni vel contemptus, maxime possit esse mortale; ideo-que ego talem, saltem post unam et alteram septimanam adhuc recusantem colloqui, non absolverem». Quibus consentit doctrina, quam

idem Sporer n. 30, tradit de viris religiosis, qui rixae alicujus causa, non se salutant intra monasterium, nec alloquuntur, cum antea id facere solerint.

29. — a) Quamvis S. Alphonsus, adducendo sententiam Gabrielis Antoine, addat clausulam *practice loquendo*, quam ipse Antoine innuit dicens: « Ordinarie non vacat periculo »; atta-men citatus auctor non adeo absolute loquitur. En eius verba, *de Virtut. theol.*, part. 3, cap. 2, art. 2, qu. 3: « Nunquam licet expetere punitiōnē inimici etī justam, et legiti-mā auctoritatē faciendam, quam ipse Antoine innuit dicens: « Ordinarie non vacat periculo »; atta-men citatus auctor non adeo absolute loquitur. En eius verba, *de Virtut. theol.*, part. 3, cap. 2, art. 2, qu. 3: « Nunquam licet instituire actionem, tum civilem tum criminalem, modo id non fiat ex odio, vindicta vel alio pravo fine... Qui tamen uterque procedendi modus ordi-narie non vacat periculo, cum pauci amore justitiae aut boni communis ducantur; plurimi vero, vindictae explendae desiderio ».

aliquando esse licitam, nempe si sumatur ad emendationem peccantis vel saltem ad cohibitionem ejus, et quietem aliorum. Addit: Et ad justitiae conservationem; sed hoc ultimum (ut dictum est) magis speculative, quam practice verum est, vel saltem rarissime ^{b)}.

30. - « Resp. II.^a Etsi odium inimicitiae, sive personae secundum se, et bonorum quae in se habet, volendo scilicet illi malum ut sic, sive quatenus illi malum est, ex genere suo sit mortale; odium tamen abominationis, sive qualitatis, quo non hominem, sed ejus malitiam, vel saltem personam tantum quatenus malam, vel nobis noxiam aversamur, saepe licitum est, ut docet Coninck ¹ et communiter.

« Unde resolves sequentes casus:
« 1^o. In confessione satis esse, si dicas te grave malum voluisse proximo: nec opus esse explicare speciem mali, v. gr. mortem, infamiam, etc., quod omnia

¹ De Carit., disp. 29, dub. 3, n. 55. - Bonac., disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. ult., § 1, n. 10. - ² Decal.,

Odium ini-
micitiae, est
lethal.

Odium abo-
minationis
saepe lici-
tum.

Species
mali volti
probabilis
explicanda.

« comprehendantur sub una ratione mali, Cajetanus ^{a)}, Bonacina, Turrianus ^{b)}, Trullench ^{c)} docent probabiliter. Sed contrarium probabilius docent Suarez et Palaus ^{d)}.

Prima autem sententia neque probabilis est, si quis efficaciter proponat aliquod speciale malum alicui inferre. Tunc enim omnino explicanda est species mali; quia tunc illud pravum propositum sumit speciem ab opere externo, sive damno intento. — Vide dicenda Lib. V, n. 50, qu. 5.

« 2^o. Licet proximo velle malum aliquod, v. gr. temporale (dummodo non sit justo gravius), quatenus id illi botum est, v. gr. morbum, vel adversitatem, ut a peccatis emendetur. Bonacina ^e, ex multis. Cavendum tamen est, ne fiat ex vindicta; ex qua, si Psalmum cviii super inimicum tuum legas, peccas mortaliter. Generatim vero, ob bonum spirituale proprium vel alienum,

lib. 1, cap. 6, dub. 2, n. 5. - Suar., de Carit., disp. 6, sect. 2, n. 2 et 3. - ^f Tr. 6, disp. 4, punct. 1, n. 7. - ^g Loc. cit., n. 7.

^{b)} S. Doctor, in Hom. apost., tr. 4, n. 17, suam de praesenti quaestione sententiam his verbis exponit: « In praxi, ego nunquam ausus sum absolvere aliquem istorum, qui dicebant se inimicis pepercisse, sed voluisse ut justitia suum haberet locum, animadvertingendo in scelestos; nam nunquam mihi sudere potui, quod hujusmodi, qui aliquando veniunt peccatis onerati, ita bonum commune et justitiam diligent (non quidem in aliis delinquentes, sed dumtaxat in suum offendensem), ut omnis vindictae tabe sint defoccati, unde in ipsis, dicunt DD., facilissimum est, ut eorum erga justitiam amor sit coloratus praetextus ad tegendam propriae vindictae cupiditatem. Nihilominus judico bene posse absolviri offendens, 1^o si jam vellet remittere, sed juste prae-tenderet prius sibi satisficeri de damnis passis, modo offensor non esset adeo pauper, ut nullo modo esset satisfaciendo. 2^o Si condonaret injuriam sub conditione, ut offensor in longinquam regionem proficiseretur, aut quia habet fratres aut filios, qui facile iracundia abripiuntur, aut quia offensor est ita dyscolus et ad rixas proclivus, ut juste timeret, suam exper-tus imbecillitatem, ut perlaturus esset ejus insolentias».

30. - ^{a)} Cajetanus, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 34, art. 6, in resp. ad ultimum, scribit quidem: « Quod omnia nocimenta, in quantum considerantur secundum communem rationem mali, reducuntur ad odium; prout autem conside-

Contra
ria opinio,
quando im-
probabilis.

Velle ma-
lum proxi-
mo, quando
liceat.

Optare
sibi mor-
tem, quan-
do liceat.

« licet mala poenae inefficaci affectu aliis velle: quia, cum in hoc affectu bonum spirituale preeferatur temporali, non est inordinatus. Vide Lessium ¹. — [Vide dicenda Lib. V, n. 21].

« Sic licet v. gr. mortem optare haeresiarchae vel publicae pacis turbatori, ob bonum commune, et multorum; iuxta illud Galat., v. 12: Utinam... abscindantur. Item, tristari de eo quod dignitates conferantur indignis; vel de sanitate ejus qui ex illa sumit occasionem peccandi. Item, mortem, egestatem aut morbum alicujus desiderare, ut cesseret a peccatis, et vitam in melius mutet. — Eadem ex causa, Bonacina, Azor ^{c)} et Palaus ^{d)}, excusant a peccato matrem, quae mortem filiarum exoptat, eo quod, ob deformitatem vel inopiam, commode et honeste nuptui tradere non possit. [Sed hoc minime admittendum; ut recte dieunt Salmant. ^e et Roncaglia ^f].

« Etsi vero sibi ipsi optare mortem, Navarrus et caeteri dicant esse mortale; ad evitanda tamen gravia mala, v. gr. afflictionem internam, id licere volunt Sanchez, Sotus, Granado, Diana ^g. [Ita etiam recte admittit Viva ^h, si quis vitam experiat morte amariorem; ex Eccli. xxx, 17, ubi: Melior est mors, quam vita amara. Sic enim Elias (III, Reg. xix, 4), petivit animae suae, ut moreretur, ad evitandas Jezabelis insidias]. — Ita et Trullench ⁱ excusat foeminam, quae sibi vel alteri mortem optat, ad vitandam gravem in firmitatem, mendicitatem, vitam acerbam, etc., vel alia similia mala, a ma-

¹ Lib. 2, cap. 47, n. 21 et 27. - Bonac., loc. cit. - ² Loc. cit., n. 11. - ³ Tr. 20, cap. 18, n. 46. - ⁴ Tr. 2, de Peccat., qu. 1, cap. 3, qu. 4, resp. 1. - Navar., Man., cap. 15, n. 11. - Joannes Sanchez, Select., disp. 2, n. 9. - Sotus, in 4, dist. 50, qu. unic., art. 5, concl. 5. - Granado, in 2^{am} 2^{ae}, controv. 3,

efficaci, de eo judicandum esse secundum sententiam, quam quisque tuerit de simplici affectus et morosae delectationis specificacione.

^{c)} Azor, part. 1, lib. 3, cap. 12, qu. 2, afferit quidem hoc exemplum ad discernen-

« rito v. gr. inflicta vel infligenda ^{d)}. —

« Mulierculae tamen, ob minimas molestias mortem optantes, Diana ^g mortalis damnat; nisi (ut plerumque fit) ex cuset defectus advertentiae et deliberatio rationis». [Et non est improbabile, cum Potest ^h].

« 3^o. Privatus, qui aversus ab alio, fugit illum, si id faciat ut eum suo colloquio et solatio privet, atque ita con-tristet, et male illi sit, est odium inimicitiae et peccatum. Si vero, nihil mali optando, tantum fugias, quia tuae natuerae est difformis, vel tibi solet esse molestus, est odium aversionis, et peccatum, si sit sine ratione: quale non erit, si sit persona valde aspera; modo absit contemptus, scandalum et vindictae cupiditas. — Vide Bonacina ¹⁰.

Nota hic tres propositiones damnatas ab Innocentio XI:

Propos. 13^a: Si cum debita moderatione facias, potes, absque peccato mortali, de vita alijus tristari, et de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere et desiderare: non quidem ex dispiacentia personae, sed ob aliquod tempore emolumendum.

Propos. 14^a: Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris; non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimur ei obvertura est pinguis haereditas.

Propos. 15^a: Licitum est filio gaudere de parricidio parentis, a se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex haereditate consecutas.

¹⁰ Part. 5, tr. 14, resol. 92. — ⁶ In propos. 14 Innoc. XI, n. 3. — ⁷ Decal., lib. 1, cap. 6, dub. 2, n. 11. — ⁸ Loc. cit., resol. 92, i. f. — ⁹ Tom. 1, n. 298. — ¹⁰ Disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. ult., § 1, n. 6 et 7.

Fugere
aliquem
quaundoque
illicitum.

Proposi-
tiones damna-
tae.

rantur secundum alias speciales rationes mali, ad aliqua specialia vita. Ex hoc enim patet, quod odii in proximum species unitatem habet ex ipsa ratione mali, quia scilicet vult malum proximo. Alia autem vita specialia sunt, quae volunt proximo malum tale ut sic, puta mortis, infamiae, rapinae... . — Inferius tamen addit odii vitium imperare actus interioris desiderii ejusmodi malorum; et sicut odium (ita prosequitur) cum opere unum constituit peccatum multarum deformitatum, ita et odium cum desiderio talis mali unum constituit plurium deformitatum peccatum ». Et adhuc: « Cum... quis proximo suo desiderat ut habeat malum, vel cum desiderat ut habeat omne malum, non descendendo ad tale vel tale, solo odii peccato inquinatur ». Ex quibus omnibus, videtur Cajetanus secundae sententiae potius quam priori adhaerere: ratione scilicet odii unum quidem esse peccatum, sed plures deformitates, in eo esse ratione mali voliti.

^{b)} Turrianus pariter, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 91, dub. 1: « Odium proximi, inquit, in ratione odii esse ejusdem speciei, etiamsi mala volita sint diversae rationis... Ex malo autem volito oriri potest in actu odii peculiaris ratio malitiae ». Et paulo superius ⁱ, jam dixerat frequenter contingere, cum peccato odii aliud conjungi peccatum, quando scilicet odio additur actus externus; si autem odii actus in mero et simplici affectu sistat, absque desiderio

dum odium personae ab odio rei; sed non excusat a lethali peccato.

^{d)} Dummodo desideretur mors ut a Deo infligenda, non vero ab homine injuste vel a daemone. Idemque animadvertisunt Sanchez et Sotus supra.

DUBIUM III.

De Praecepto Eleemosynae, seu misericordiae corporalis.

31. *An teneamur dare eleemosynam ex bonis vitae aut statui necessariis. — 32. An succurrere pauperibus in necessitatibus communibus. — 33. An possimus facere eleemosynam de bonis alienis.*

31. — « Suppono 1º. Hujus praecetti obligationem nasci ex duplice capite: 1º Ex necessitate proximi e gentis. 2º Ex persona possidentis bona, vel necessaria, vel superflua.

« Suppono 2º. Duplicem dari necessitatem proximi: 1º. Dicitur *extrema*, ex qua e genti imminet periculum vitae, vel etiam gravis et diuturni morbi; secundum Diana¹. — 2º. *Gravis*, ex qua iminet periculum gravis mali; ut captivitatis, infamiae, gravis jacturae bonorum vel status: unde fiat, ut difficulter se possit sustentare; v. gr. si non possit vivere secundum suum statum, vel si nobilis cogatur alteri famulari, vel artifex aut vir honestus, mendicare. — 3º. Dicitur *communis*, qua laborant men- dici triviales. — Laymann².

« Suppono 3º. Bona necessaria et superflua dici, vel respectu vitae sive naturae, vel respectu status vel decentis conditionis personae; quo modo saeculares raro putant se habere superflua, ut docent Laymann³ et Navarrus⁴. Nam, quae sunt necessaria ad alendos liberos, famulos, honestas donationes, convivia, hospitum tractationem (qualia tam non sunt, quae ad quemcumque fastum et pompam quisque sibi requirit), spectatis etiam communibus even-

¹ Part. 5, tr. 8, resol. 1. — ² Lib. 2, tr. 3, cap. 6, n. 4. — ³ Part. 2, lib. 12, cap. 7, quer. 6. — *Fumus*, v. *Eleemosyna*, n. 3. — ⁴ Lib. 2, tr. 3, cap. 6, n. 5. — ⁵ In propos. 12 Innoc. XI, n. 8. — ⁶ Tr. 6, quer. 3, de *Carit.*, cap. 3,

« tibus, haeredibus, necessitate futura, etc., non sunt superflua ». [Nota hic propositionem 12 damnatam ab Innocentio XI, quae dicebat: *Vix in saecularibus inventies, etiam in regibus, superfluum statui. Et ita, vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui.*]

« Resp. Iº. Nemo tenetur dare eleemosynam ex bonis sibi ad vitam necessariis, nisi [pauper] esset persona talis, ex qua penderet salus reipublicae. — Est communis. Et ratio patet ex ordine caritatis.

« Resp. IIº. Probabile est, ex superfluis naturae et statui teneri aliquem, etiam in gravi necessitate, succurrere proximo, si probabiliter putet alium non subventurum; idque, ut Azor⁵, Silvester⁶ et Fumus volunt, sub mortali; contra Medinam⁷, qui vult esse tantum consilii. Ratio est, quia cum in Scriptura frequenter damnentur homines ob neglecta opera misericordiae, haec non sunt restringenda ad extremam et raram necessitatem. — Vide Laymann⁸.

Et hoc tenendum cum Viva⁹, et Roncaglia¹⁰ cum Sanchez, Palao ac Azor, et Salmant.¹¹ cum communi ex D. Thoma¹². Et videtur clare inferri ex praefata pro-

qu. 2, resp. 2. — *Sanch.*, Consil., lib. 1, cap. 5, dub. 5, n. 34. — *Pal.*, tr. 6, disp. 2, punct. 2, n. 13. — *Azor*, loc. cit. — ⁷ Tract. 21, cap. 7, num. 12. — ⁸ 2^a 2^a, quer. 32, art. 5, ad 3.

31. — ^{a)} Laymann, loc. cit., ex Navarro; et Navarrus ipse, in *Man.*, cap. 24, n. 6, v. *Septimo*, dicunt non ita facile judicandum esse (utique a confessario), homines saeculares plura in bonis suis habere, quam ad statum eorum necessarium sit.

^{b)} Silvester, v. *Eleemosyna*, quer. 1, vers. *Quinta*, dicit quidem eo casu teneri dare eleemosynam sub pracepto; non tamen dicit esse sub gravi.

^{c)} Joannes Medina, tr. 5, *Cod. de Eleemos.*, quer. 3, dub. 2, concl. 2, negat adesse obligationem gravem, nisi necessitas sit extrema vel quasi extrema. Haec sunt ejus verba: « Videtur 2º quod extra hanc extremam necessitatem vel quasi, etsi pauperes communem patiantur necessitatem, non sit necessarium sub poena peccati mortalitatis, de superfluis naturae et statui illis subvenire ». Et concl. 1, quasi extrema necessitatem intelligit: « no-

Nontamen ergo ^{ganda} magna summa.

positione 12º. — Notat tamen Viva, et idem dicit Continuator Tournely¹ cum Silvio, quod neque in gravi, neque in extrema necessitate pauperis, teneatur dives magnam pecuniam erogare², cum haec sint media valde difficultia et fere moraliter impossibilia. Tenetur vero beneficiarius, nisi reliquum velit aliis piis operibus applicare.

« Resp. IIIº. Proximo in extrema necessitate teneris succurrere ordinarie, ex bonis etiam aliquo modo ad statum necessarii. Suarez, Laymann ex communione. — Satisfacit tamen probabiliter, si des cum onere restituendi, quando erit ditor. Vasquez, etc., contra Suarez³, Coninck⁴, etc. Vide Diana⁵.

« Addo: *ordinarie*; quia, si majus datum a estimaretur, te excidere tuo statu, quam mors pauperis, non teneris. — Azor⁶.

« Resp. IVº. Probabile est, quod proximo in gravi necessitate constituto quisque teneatur subvenire cum modico detimento proprii status: quia parvo suo incommodo tenetur magnum incom-

Viva, loc. cit., n. 7 et 8. — ¹ Decal., cap. 1, art. 3, sect. 5, p. 2, resp. ad 1. — *Silvius*, in 2^a 2^a, quer. 32, art. 6, qu. 1, concl. 2, v. *Dices*. — *Suar.*, de *Carit.*, disp. 7, sect. 4, n. 3. — *Laym.*, loc. cit., cap. 6, n. 4, v. *Secundo*. — *Vasq.*, Opusc. de *Eleemosyna*, cap. 1, dub. 6, n. 54. — ² Part. 5, tr. 8, resol. 5. — ³ Loc. cit., n. 4, v. *Tertio*. — *Vasq.*, de *Eleemos.*, cap. 1, dub. 3, n. 24. — *Joan. Sanch.*, Select., disp. 43, n. 20. — *Sa*, v. *Eleemosyna*, n. 4. — ⁴ De *Carit.*, disp. 27, dub. 8, n. 143 et seqq. — *Laym.*, lib. 2, tr. 3, cap. 6, n. 6. — ⁵ Disp. 3, de 1º *Praec. Decal.*, qu. 4, punct. 6, n. 15. — ⁶ *Decal.*, cap. 1, art. 3, sect. 5, punct. 2, resp. ad 2. — *S. Thom.*, 2^a 2^a, quer. 32, art. 5; cf. quer. 118, art. 4, ad 2. — *Suar.*, de *Carit.*, disp. 7, sect. 3, n. 2, 4 et 7. — *Bellar.*, de bonis Operis, in partic., lib. 3, cap. 7. — *Navar.*, Man., cap. 24, num. 5. — *Vasq.*, de *Eleemos.*, cap. 1, dub. 3, n. 11 et 21.

tabilem et arctam necessitatem, etsi extrema non sit; sed tanta ut, nisi illi subveniatur, sit verisimile quod notabiliter vita illius abbreviabitur, aut in aliquam aegritudinem notabilem incidet».

« ⁷ Scilicet, ut addit Cont. Tournely: « cum totali status sui suaequae familiae subversione ». Nisi tamen, ut limitat uteque Contin. Tournely et Silvius, pauper ille persona esset, ex qua reipublicae salus dependeat.

⁸ Suarez, de *Carit.*, disp. 7, sect. 5, n. 5; Coninck, disp. 27, dub. 9, n. 153, sunt contrarii sententiae Busenbaum, loquentes de rebus non consumptilibus. Quin etiam Coninck, n. 149, suam explicat sententiam de eo qui est absolute pauper, ita ut neque hic neque alibi aliquid habeat, quo se possit sustentare, neque in ipsis potestate sit id brevi habere; si vero alibi habeat, vel spes ei sit, fore ut brevi et facile habeat unde restituere possit, bene posse ei subveniri cum onore restituendi.

« modum proximi impedit. — Laymann⁸ ex D. Thoma⁹, Bonacina¹⁰.

« Ex dictis collige:

« 1º. Homines privati non tenentur inquirere pauperes. Vasquez, etc. — Si tamen dubitent de extrema alicuius indigentia, tenentur inquirere veritatem. — Sanchez, Diana¹¹.

« 2º. Nemo tenetur magnam vim pecuniae dare pauperi, ad pretiosissimam medicinam emendam, vitae servandae necessariam, vel ad redimendum a periculo mortis. — Sà et Coninck¹². Et ratio patet ex dictis.

« 3º. Si proximus tantum egeat usus rei, satis est illam accommodare: v. gr. si ab hostibus spoliato vestem commodes, vel vulnerato equum, donec domum revertatur. — Laymann, Bonacina¹³. [Cum Continuator Tournely¹⁴].

32. — « Resp. Vº. In communibus pauperum necessitatibus, tenetur aliquando dare eleemosynam, qui habet bona naturae et statui superflua. Ita communiter S. Thomas, Suarez, Bellarmine; contra Navarrum et Vasquez, qui ne-

Consectaria.

Quando satius est rei usus.

In communibus necessitatibus, quando tenentur.

7

tabilem et arctam necessitatem, etsi extrema non sit; sed tanta ut, nisi illi subveniatur, sit verisimile quod notabiliter vita illius abbreviabitur, aut in aliquam aegritudinem notabilem incidet».

⁹ S. Thomas id significat, juxta Laymann; atvero 2^a 2^a, quer. 32, art. 6 allegato, S. Doctor haec dumtaxat habet: « Quando ea quae sibi subtrahit, etsi sint necessaria ad convenientiam vitae, tamen de facili resarciri possunt, ut non sequatur maximum inconveniens.. In his enim casibus laudabiliter [non dicit praeceptum esse, quod vult Laymann] praetermitteret aliquis id, quod ad decentiam sui status pertinere videretur, ut majori necessitati subveniret ».

¹⁰ Bonacina, disp. 3, de 1º *Praec. Decal.*, quer. 4, punct. 6, non tenet hanc sententiam; immo, quer. 11, negat obligationem adesse eleemosynam elargiendi in gravi privatorum necessitate, « de superfluis vitae, sed non statui ».

¹¹ Diana, part. 5, tr. 8, resol. 39, adducit utique opinionem Sancii; sed nullum de ea profert judicium.

« gant teneri. Ratio est, tum quia quisque tenetur diligere proximum sicut seipsum; tum quia alioquin pauperes isti inciderent in necessitatem gravem. — Videtur tamen haec obligatio tantum esse sub veniali, ut recte Medina: id que, si nulla sit justa causa negandi; alias, sub nullo. Vide Laymann, Bonacina¹.

Quaeritur: *an in communibus pauperum necessitatibus, sit obligatio gravis dandi eleemosynam ex superfluis statui?*

Prima sententia negat; et hanc tenent S. Antoninus², ubi, loquendo de divite obstricto ad eleemosynam, de eo tantum loquitur qui *de superfluo utriusque necessitatis, naturae scilicet et personae, non subveniūt magnas necessitates... patientibus, etc. non extremas*; item Laymann³ cum Alensi, Majore et Gabriele, Diana⁴ cum Turriano, Abate, Fernandez, Victorelio, Vasquez et Medina; item Sotus et Silvester apud Croix⁵; item Covarruvias, Petr. Navarra et Malderus apud Bonacina⁶, qui⁷ probabilem putat cum Cardenas apud Croix⁸. — Ratio, quia communiter obligatio eleemosynae non oritur ex superfluitate bonorum, sed ex urgenti proximi necessitate; alias non licet divitibus de superfluis donationes aliis elargiri. Saltem (ut ait Laymann), cum pauperum communis miseria soleat esse levius et tolerabilis, non videtur culpa gravis auxilium eis denegare.

Secunda vero sententia communior, cui adhaereo, affirmit. Et hanc tenent Palau⁹, Holzmann¹⁰, Viva¹¹, Continuator Tournely¹², Sanchez¹³ cum Aragon,

Joan. Medina, tr. 5, cod. de Eleemos., qu. 3, dub. 2, concl. 2. - Laym., loc. cit., n. 5. — ¹ Loc. cit., n. 8. — ² Part. 2, tit. 1, cap. 24, § 5, v. *Tertio*. — ³ Loc. cit., n. 5, v. *Quaeres.* - Alensi, Sum., part. 4, qu. 34, membr. 1, resol., v. In tertio casu. - Major, in 4, dist. 15, qu. 7, § *Contra 3^{am} concl.*, i. f. - Gabr. Biel, in 4, dist. 16, qu. 4, art. 2, concl. 5. — ⁴ Part. 2, tr. 15, resol. 32. - Turriano, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 82, dub. 2. - Abb. Panorm., in cap. Si vero 8, de jurejur., n. 6. - Fernand. de Moura, Exam. theolog., part. 4, cap. 20, § 2, n. 12, v. *Dico secundum.* - Victorelio, Ad Man. Navar. notae et append., ad cap. 23, n. 74. - Vasq., de Eleemos., cap. 1, dub. 3, n. 21. - Medina, loc. cit. - Sotus, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 8, art. 1, dub. 2. - Silvest., v. *Eleemosyna*, qu. 1, v. f., vers. Quinta. — ⁵ Lib. 2, n. 202. - Covar., Variar. resol. lib. 3, cap. 14, n. 5. - Petr. Navar., de Restit., lib. 3, cap. 1, n. 360 et 365. - Malder., in 2^{am} 2^{ae}, qu. 32, art. 6, dub. 4, prop. 2. — ⁶ Disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. 6, n. 7. — ⁷ Loc. cit., n. 8. - Carden., 2 Cris., diss. 9, n. 13 et 15. — ⁸ Lib. 2, n. 203. - Laym., lib. 2, tr. 3, cap. 6, n. 5, vers. *Quaeres.* —

Ledesma, Bañez, Abulensi, etc.; Salmant.¹⁴ cum Cajetano, Tapia et Prado, ex D. Thoma¹⁵, ubi: *Sic ergo dare eleemosynam de superfluo est in praecepto, et dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate.* — Probatur 1^o ex Luca, cap. xi, 41: *Quod superest, date eleemosynam: et ecce omnia munda sunt vobis.* Probatur 2^o ratione: tum quia divisio rerum, communis consensu facta, nequit esse in praecuditum pauperum; tum quia, si divites absolutam non haberent obligacionem subveniendi communiter mendicis, possent isti ab omnibus in sua necessitate derelinqui.

Et hic notandum id quod dicit Navarrus¹⁶ cum Cajetano, scilicet, pertinere ad decentem statum conservandum, omnia quae requiruntur, non solum ad filios, et famulos, et hospites sustentandos; sed etiam ad honestas donationes, convivia, et moderatas magnificentias exhibendas. Et sic responderetur rationi primae sententiae. — Additum Navarrus¹⁷ cum eodem Cajetano et Silvestro, ex D. Thoma, quod necessarium ad decentiam status non consistit in individuo; sed habet latitudinem, et eo majorem, quo status est major.

Dicunt autem probabiliter Viva¹⁸, Mazzotta¹⁹, Roncaglia²⁰, Salmant.²¹ cum Lorca, et Tamburini²² cum aliis, non esse obligationem omne superfluum hujusmodi pauperibus elargiri; hoc enim praecutum non obligat singulos in solidum, sed communiter omnes divites, ex quibus, si singuli aliquid largiantur, satis subveniuntur his communibus necessitatibus.

Quaenam
sint neces-
saria statui.

Quota pars
superflui e-
largienda.

bus. — Unde sic scribit Silvius^{a)}: *Tentur dives dare, nec omnibus pauperibus occurrentibus, nec totum superfluum; sed non ita modicum, pro quantitate sua substantiae, ut, si alii divites sic facerent, pauperibus deesset subsidium.* Huic consentit Sanchez¹ cum Ledesma, dicens, quod habens superflua statui non tenetur omnia pauperibus erogare, sed aliquando, et modo morali: ita ut satisficiat sua obligacioni dives qui habet cum pauperum, aliquando illis subveniendo. Unde concludit, illum peccare mortaliter, qui statuit nullam dare eleemosynam in communibus necessitatibus, vel qui in hoc est notabiliter negligens. Idem etiam sentit Laymann², ubi, licet hanc obligationem dicat non esse sub gravi, addit tamen, in malo statu versari divitem, qui omnes mendicos a se inhumaniter repellere. Verum subdit quod confessarius non facile tali diviti absolutionem negare debet: cum de hac obligatione, qualis sit, doctores non consentiant.

Caeterum Viva, Tamburini, Mazzotta et Roncaglia^{b)}, cum communiori, censem, satisfacere probabiliter divites, erogando in pauperes communes quinquagesimam partem suorum reddituum, sive duos aureos ex centum; sed non in eadem proportione, si divitiae multum excedant^{c)}.

^{a)} Consil., lib. 1, cap. 5, dub. 5, n. 38. - Martin. Ledesma, 2^o 4^{ae}, qu. 15, art. 8, vers. *Tertio dico.* — ^{b)} Lib. 2, tr. 8, cap. 6, n. 5, v. *Quaeres.* - Viva, in prop. 12 Innoc. XI, n. 11. -

Ecclesiastici vero tenentur erogare de redditibus beneficiorum, quidquid superest eorum sustentationi. Sufficit tamen episcopis, dare pauperibus quartam partem; aliis vero beneficiatis simplicibus, quintam vel sextam, ut dicunt Viva^{d)} et Roncaglia^{e)}: modo alia applicent in alios pios usus. — Sed melius, vide dicenda Lib. III, n. 491, qu. 1.

« Unde resolvuntur causas sequentes:

« 1^o. Pauperibus trivialibus, etsi ex nuditate, morbo, etc., videantur ostendere signa extremae necessitatis, raro quis tenetur ex praecepto subvenire, etiam de superfluis: tum quia fere ad movendos spectatores, ista necessitas exageratur; tum quia ab aliis juvandi praesumuntur. — Malderus^{f)}, Wiggers^{g)}, Diana^{h)}.

Trivialibus subvenire raro temerum.

Exspectans meliorem occasionem non peccat.

Negans eleemosynam, non facile damndandus.

32. - ^{a)} Genuinus textus Silvii, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 32, art. 6, quaer. 2, hic est: « 2^o. In communibus pauperum necessitatibus..., quaedam debet ipsis communicare, aliis in alios usus servatis... 4^o. Non tenetur dare omnibus occurrentibus, nisi extremam aut gravem necessitatem patienti... 6^o. Si quis habens superflua, ita omittit eleemosynam, ut nihil omnino det communem necessitatem patientibus, aut ita modicum pro quantitate suae substantiae, ut si alii divites eo modo facerent, pauperibus deesset subsidium, mortali peccat ».

^{b)} Quo melius mens Constantini Roncaglia perspiciat, placet ejus citare verba: « Quoad laicos (ita ille, tr. 6, qu. 3, de Carit., cap. 3, regul. in praxi, n. 2) habentes superflua proprio statui, sunt qui putant ab ipsis satisfieri obligationi de eleemosyna elar-

^{c)} Haec restrictio a solo Tamburino (ex allegatis auctoribus) apponitur.

^{d)} Viva, loc. cit., n. 11; Roncaglia, loc. cit.

haec dicunt de quibuscumque ecclesiasticis, aliis ab episcopis.

^{e)} Malderus, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 32, art. 6, dub. 2, quaer. 4, haec revera docet, loquens de superfluis « vitae ».

— Quem quidem appro-

« obligatione; tum quia vix reperitur, qui « causam saltem apparentem non pree- « tendat, si superflua se habere fateatur. « — Laymann ¹.

« 4^o. Etsi dicta de eleemosyna danda in- « telligantur respectu omnium egentium, « etiam peccatorum, infidelium et inimi- « corum; damnandi tamen non sunt ma- « gistratus excludentes a suis civitatibus, « justa de causa, pauperes peregrinos. — « Laymann ², Trullenbach ³.

« 5^o. Religiosis aequae ac aliis paupe- « ribus debentur eleemosynae; quia eo- « rum paupertas et necessitas est vera « et justa, tametsi voluntarie contracta: « cum voluntas et causa fuerit rationabi- « lis, et grata Deo. Lorca, Diana ⁴. — Aliud « est de iis qui sponte sua culpabiliter « sunt pauperes, ut vagabundi. Diana ⁵.

33. — « Resp. VI^o. Eleemosyna tantum « facienda est ex bonis propriis, et quo- « rum quis liberam habet administratio- « nem. — Potest tamen fieri ex alienis, « quando proximus est in extrema vel « quasi-extrema necessitate, et aliunde « succurri non potest: tunc enim omnia « sunt communia ». [Si vero potuisses rem largiri tuam, et dedisti alienam, videtur quod tenearis ad restitutionem; quia non poteras determinare alienam, cum tibi propria suppetebat. Ita Croix ⁶ cum Spo-

Religiosis
debetur e-
leemosyna.

Eleemo-
syna fit ex
bonis pro-
priis.

In extre-
ma neces-
sitate etiam
ex alienis.

Habens
proprium et
dans alie-
num, resti-
tuere debet.

¹ Loc. cit. — ² Loc. cit., n. 3. — ³ Decal., lib. 1, cap. 5, dub. 10, n. 8. — ⁴ Lorca, in 2^o 2^o, sect. 3, disp. 39, membr. 4, n. 57. — ⁵ Part. 5, tr. 8, resol. 18. — ⁶ Loc. cit., resol. 19. — ⁷ Lib. 3, part. 2, n. 434. — ⁸ 2^o 2^o, qu. 32, art. 7, ad 3. — ⁹ Lib. 4, n. 286. — ¹⁰ Fill., tr. 28, part. 1, n. 86 et seq. - Laym.,

bat Wiggers, in 2^o 2^o, qu. 32, art. 6, n. 32, sed loquens de « necessariis ad statum ».

33. — a) Sporer, tr. 3, cap. 6, n. 72, non citatur a Croix pro hac opinione, quam caeteroquin apud eum reperi renequivi.

b) Vasquez, *Opusc. de Eleemosyna*, cap. 4, n. 2; Azor, part. 2, lib. 12, cap. 10, quaer. 5, dicunt tantum tutores et curatores posse eleemosynas facere, ex bonis quorum administrationem habent; et Coninck, disp. 27, dub. 5,

rer ^{a)}; quia eo casu preeceptum eleemosynae te obstringebat ad subveniendum de tuis]. — « In communi vero necessitate, licet tantum cum consensu domini, tacito vel expresso. Vide S. Thomam ⁷, Reginaldum ⁸, Filiuccium, Laymann, Bonacina ⁹, Lessium ¹⁰.

« Unde resolves:

« 1^o. Non licet dare eleemosynam ex bonis obnoxiiis restitutioni, v. gr. furto ablati; licet tamen ex acquisitis per opus illicitum (sed non cum injustitia), v. gr. ex lucro meretricum. Ratio est, quia haec sunt propria; priora, non. — Bonacina ¹¹.

« 2^o. Pueris, filiis-familias, servis, ancillis, uxoribus non licet dare eleemosynam, nisi tenuem, in qua parentum, do- minorum, et maritorum voluntas praesumitur. — Particulares vero casus, in quibus uxor dare potest, vide suo loco. Vide Bonacina ¹², Diana ¹³, ubi ex Hurtado notat, si pater nullas det eleemosynas, posse pro eo dare filium ». [Circa uxores, vide Lib. III, n. 540].

« 3^o. Tutores et curatores, et qui habent curam bonorum alienorum, possunt facere modicas eleemosynas ex bonis quae administrant: quales nimurum ipsi facere deberent, quorum sunt. — Vasquez ^{b)}, Azor ^{b)}, Coninck ^{b)}, Diana ^{c)} ».

lib. 3, tr. 4, cap. 12, n. 10. — ⁹ Disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. 6, n. 21. — ¹⁰ Lib. 2, cap. 12, n. 79 et 84. — ¹¹ Loc. cit., n. 22. — ¹² Loc. cit., n. 24; et de Restit. disp. 2, qu. 10. — ¹³ Part. 5, tr. 8, resol. 25. — Petrus Hurtado, de Carit., disp. 159, sect. 6, § 189.

n. 62, addit « moderatas », et « quando id sine notabili pupillorum incommodo fit ».

c) Diana, loc. cit., resol. 35, dicit pariter tutores, etc., posse facere ex illis bonis « moderatas eleemosynas ». Quod autem possint hoc pietatis officium taliter exercere, qualiter ipsi pupilli et minores, si adultae aetatis essent, exercere deberent, opinionem Reginaldi, ut asserit, mere recitat; de qua nullum ipse judicium profert.

Consecuta-
ria pro bo-
nis illegiti-
me acquisi-
tis.

Pro pue-
ris, filiis,
servis, uxo-
ribus.

Pro tuto-
ribus et cu-
ratoribus.

DUBIUM IV.

De Misericordia spirituali, seu preecepto Correptionis fraternae.

34. Ob quale peccatum proximi teneamur ad correptionem. — 35. An ob peccatum leve. — 36. An ob peccatum factum ex ignorantia. — 37. Quid, si correptio omittatur ob timorem. — 38. An in dubio teneamur corripere. — 39. An, quando absit periculum relapsus. Vel si adsit alius idoneus. Vel non sit spes fructus. Vel si exspectetur occasio. — 40. Qui teneantur corriger. — 41. Quinam ordo servandus in correptione. — 42. Resolutio plurium casuum.

Correc-
tio-
frater-
na
praeci-
pitur.

Materia
correc-
tio-
nis.

34. — « Correptio fraterna est admonitione, qua quis proximum conatur revocare a peccato. — De qua certum est, preeceptam esse jure tum naturali, quo membra unius corporis se mutuo juvare tenentur; tum divino positivo (Matth. xviii, 15): *Si... peccaverit in te frater tuus...*, « *corrige eum*. — Becanus ¹, Laymann ², Filiuccius, Bonacina ³.

« Quaeritur autem: quae sit ejus materia, et quos, et quomodo obliget?

« Resp. I^o. Omne mortale peccatum proximi per se est sufficiens materia, ut hoc preeceptum obliget sub mortali ^{a)}. — Ita communiter. Et ratio est, quia cum vitam spiritualem proximi tollat, sufficientem necessitatem correptionis inducit.

« Dux 1^o. *Omne mortale*; quia, etsi etiam veniale sit materia correptionis, non tamen graviter obligans, nec nisi facillime possit ».

35. — Hinc dicit Laymann, peccati venialis correptionem rarius esse preeceptam. — Excipitur, nisi esset praelatus religionis: qui aliquando tenetur sub gravi

¹ De Virtut. theol., cap. 21, n. 26. — ² Lib. 2, tr. 8, cap. 7. — ³ Fill., loc. cit., a n. 114. — ⁴ Disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. 7, n. 1. — ⁵ Laym., lib. 2, tr. 8, cap. 7, n. 3, v. *Caeterum*. — ⁶ Decal., cap. 1, art. 3, sect. 6, punct. 2, resp. 3. — ⁷ Loc. cit., n. 53.

34. — a) S. Alphonsus, in *Hom. apost.*, tr. 4, n. 20, correctionis materiam ita definit: « Materia correctionis, inquit, est quodlibet peccatum mortale, in quod proximus aut lapsurus est, aut jam incidit, et non adhuc emendatus est ».

36. — a) Bañez, quem Salmant. adducunt ut refert S. Alphonsus, loquitur cum distinctione de privatis: « Omnis homo (ita ille, in 2^o 2^o, qu. 33, art. 2, dub. 3, concl. 2), sciens veritatem cuiuscumque legis, tenetur proximum docere, ignorantem earum rerum quas tenetur scire, dum est in periculo

corrigere leves subditorum culpas, ex quibus incipiat minui vigor disciplinae cum magno religionis detimento. Ita Continuator Tournely ⁴, Laymann ⁵ cum Bussenbaum (infra n. 40). Et vide Lib. IV, n. 13.

36. — Quaeritur hic: an sit obligatio corrigenendi peccata, facta ex ignorantia invincibili?

Respondeatur distinguendo: — Si peccata sint contra *jus naturae*, correptio fieri debet; quia tunc illa sunt intrinsece mala, ut commune est apud Croix ⁶. Et idem dicit Oviedo cum communi, de ignorantia juris divini. — Nisi tamen desperatur fructus, aut timeatur, quod mala ex materialibus fiant formalia; ut communiter dicunt Salmant. ⁷ et Roncaglia ⁸ cum aliis.

Si vero sint contra *jus positivum* tantum, probabile est, privatis non esse obligationem, saltem non sub gravi, corrigenendi; secus autem praelatis, parentibus, confessariis, magistris: quia ipsis specialisti incumbit docere subditos. Ita Salmant. ⁹ cum Bañez ^{a)}, Ledesma ^{a)}; item

concl. 1, v. *Haec conclusio*. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Lib. 2, n. 214. — ⁷ Oviedo, in 1^o 2^o, tr. 5, de *Consc.*, *controv.* 2, n. 29. — ⁸ Tr. 21, cap. 7, n. 53. — ⁹ Tr. 6, qu. 3, cap. 4, quer. 2, resp. 3. — ¹⁰ Loc. cit., n. 53.

Peccata
ex ignoran-
tia juris na-
turae, cor-
rigenda.

Exceptio-
nes.

Contra pos-
itivum, pro-
babili-
ter non corri-
genda a pri-
vatis.

Bonacina¹, Navarrus², Viva³, Palaus⁴. Ratio, tum quia proximus non est in peccato, quo deficiente, non urget praeceptum correctionis; tum quia ille nil agit intrinsece malum. — Sed probabilius et communius Palaus⁴, Coninck⁵, Sanchez⁶, Mazzotta⁶, Continuator Tournely⁷, et Croix⁸ cum Burghaber et aliis, docent omnes teneri ad correptionem; quia illa transgressio, licet materialis et non intrinsece mala, attamen posita lege, adhuc est mala; et ideo per correptionem tenemur eam impedire.

37. — « Dixi⁹. Per se; quia, si quis « ob timorem, verecundiam, pusillanimitatem, putet se non ita stricte obligatum, « vel minus esse idoneum ad corripiendum, videtur tantum peccare venialiter. — Vide S. Thomam¹⁰, et caeteros supra citatos ».

Nota hic doctrinam S. Thomae¹⁰, ubi ita docet: *Hujusmodi omissione est peccatum veniale, quando timor vel cupiditas tardiorum facit hominem ad corrigen-dum...: non tamen ita, quod si ei constaret, quod fratrem posset a peccato retrahere, propter timorem vel cupiditatem dimitteret, quibus in animo suo praeponit caritatem fraternalm. Et hoc modo quandoque viri sancti negligunt corrigerre delinquentes.*

38. — « Resp. II¹¹. Praeceptum hoc obligat, concurrentibus his circumstantiis: « 1^o. Si certo tibi constet de peccato proximi». [Vel de proximo periculo pecandi; ut Continuator Tournely¹¹]; « in-

« dagare enim tenetur solus superior ». [Ut etiam Contin. Tournely¹²].

Ita ut, si non constaret de peccato proximi, nempe si notitia de peccato illius nobis perveniret tantum per auditum aut per alia signa dubia, non teneremur¹³ corripere. Salmant.¹³ cum Sanchez, Diana, etc. — Nisi suspicio sit de homicidio vel de damno communi, vel nisi quis esset prae-latus, qui in dubio debet corripere, cum is ex officio teneatur peccata subditorum inquirere: licet potius tunc expediat, ut correptionem faciat in communi; ut Salmant.⁶ cum aliis, cum Busenbaum¹⁴.

39. — « 2^o. Si probabile sit non emen-dasse, nec emendaturum, vel relapsus-rum: quia eleemosyna egenti tantum danda est ».

Quaeritur: *utrum, quando abest periculum relapsus, sit obligatio corripiendi fratrem non emendatum?*

Prima sententia negat; eamque te-nent, apud Salmant.¹⁴ Sà¹⁵, Abulensis, Palaus, Reginaldus, Coninck, Diana, Vil-lalobos, etc.; et valde probabilem vocant Laymann¹⁶ cum Silvestro¹⁷, Turriano¹⁸ et Glossa¹⁹. — Ratio istorum, quia neque ipse quidem peccator tenetur statim peccatum delere per poenitentiam; tanto mi-nus igitur illum a peccato sublevare te-tenet alter, cui incertus est emendationis fructus. Ideo ait Laymann¹⁶, praecipi in Ecclesiastico xix, 14: *Corripe proximum..., ne forte iteret.*

Secundam tamen sententiam contra-riam merito probabiliorem putant [Con-

secluso
periculo re-lapsus, alii
negant obli-gare.

Alii pro-babilis di-cunt obli-gare.

¹ Disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. 7, n. 11. — ² Man., cap. 24, n. 12. — ³ De Praec. Decal., qu. 11, art. 6, n. 11. — ⁴ Tr. 6, disp. 3, punct. 4, n. 3. — ⁵ De Carit., disp. 28, dub. 4, n. 38. — ⁶ Tr. 2, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 6, quaer. 2. — ⁷ Decal., cap. 1, art. 3, sect. 6, punct. 2, concl. 3. — ⁸ Lib. 2, n. 214. — *Burgh.* Centur. 3, cas. 79. — ⁹ 2^a 2^a, qu. 33, art. 2, ad 3. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Decal., cap. 1, art. 3, sect. 6, punct. 2, concl. 2; et punct. 3, concl. 2. — ¹² Loc. cit., punct. 1, v. f., vers. *Sequitur* 3. — ¹³ Tr. 21, cap. 7, n. 52. — *Sanch.*, Consil., lib. 6, cap. 2, dub. 1, n. 4. — *Diana*, part. 7, tr. 3, resol. 6. — ¹⁴ Loc. cit., n. 52. — ¹⁵ Tr. 21, cap. 7, n. 49. — *Abul.*, in Matth., cap. xviii, qu. 83. — *Pal.*, tr. 6, disp. 3, punct. 2, n. 6. — *Regin.*, lib. 4, n. 332. — *Con.*, de Carit., disp. 28, dub. 6, n. 117. — *Diana*, part. 7, tr. 3, resol. 11. — *Villal.*, part. 2, tr. 4, diff. 2, n. 4. — ¹⁶ Lib. 2, tr. 3, cap. 7, n. 2, v. *Corripe*. — ¹⁷ Loc. cit.

^b) Palaus, tr. 6, disp. 3, punct. 4, n. 2, hanc profecto sententiam exponit; sed n. 3, oppositam tenet, pro qua S. Alphonsus, eum infra adducit.

^c) Sanchez, de Matrim., lib. 2, disp. 38, n. 5, loquitur tantum de confessario, quem dicit teneri ad monendum poenitentem, si fructus sperretur.

38. — ^a) Quin etiam tenemur eo casu non corripere, ut dicunt Salmant. et Diana.

^b) Busenbaum dicit superiorem indagare teneri; vide hic supra.

^{39.} — ^a) Sà, v. *Correptio*, n. 1, perspicue innuit, scribens ad correptionem teneri aliquem, « si... credit profuturum, nec illum sine correptione emendandum.

^b) Silvester, v. *Correctio*, qu. 1, i. f.; Turrianus, in 2^a 2^a, disp. 86, dub. 2; Glossa, in can. *Si peccaverit* 19, caus. 2, qu. 1, verb. *In te*, hanc sententiam absolute tenent; et ita

tin.] Tournely¹, et Salmant.² cum Suarez³, Bonacina, Ledesma, etc. Ratio, quia frater in peccato constitutus jam gravem patitur necessitatem, a qua teneris illum, si potes, cripere; ideoque Christus Domini-nus praeecepit (Matth. xviii, 15): *Si... pec-
caverit in te frater tuus, vade, et corripe
eum.* — Nec officit opposita ratio. Nam bene per accidens aliquando potest esse obligatio major aliena, quam propria: v. gr. potest quis ob amorem paupertatis non se eripere a gravi egestate, sed alter di-
ves tenetur ei subvenire si potest.

« 3^o. Si aliis aequo idoneus non adsit, « qui correpturus putetur.

« 4^o. Si sit spes fructus: quia despe-
rato fine, cessant media ».

In aequali dubio, an correctio sit pro-futura vel obfutura, omittendam esse di-cunt Concina⁴, et Continuator Tournely⁴ cum Habert et Antoine. Recte autem li-mitat Contin. Tournely: 1^o. Si corrigen-dus sit in periculo mortis. 2^o. Si timeatur, ex omissione, inficiatio aliorum in fide aut moribus. Et sic etiam, si corre-
ctio certius sit profutura. Dicit autem idem Contin. Tournely, non esse obliga-tionem corrigendi, si probabile sit quod reus per se resipiscat: ex D. Thoma⁵, ubi: *Cadit sub paecepto [correctio] secundum quod est necessaria ad istum fi-nem.* Item notat Contin. Tournely⁶ cum Soto, Bañez et Maldero, neminem teneri ad corrighendum in necessitate gravi spi-rituali, cum periculo notabilis damni ho-noris vel bonorum: nisi sit pastor, aut alius, cui ex officio incumbat alterius cura.

« 5^o. Si sit bona occasio, locus et tem-
pus opportunum, possisque sine tuo
gravi damno facere.

¹ Decal., cap. 1, art. 3, sect. 6, punct. 2, concl. 2. — ² Loc. cit., n. 50. — *Bonac.*, disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. 7, n. 4. — *Petr. Ledesm.*, Sum. (in 2^a 2^a), tr. 4, cap. 4, concl. 2, dub. 1, v. *Dico* 2^o. — ³ In Decal., lib. 1, diss. 7, de *Correct. frat.* cap. 3, n. 9. — ⁴ Decal., cap. 1, art. 3, sect. 6, punct. 3, concl. 2. — *Habert*, de Carit., cap. 5, § 3, qu. 5. — ⁵ *Antoine*, de Carit., cap. 5, qu. 1, i. f. — ⁶ *Cont. Tourn.*, loc. cit., v. *Dixi ordinarie*. — *Cont. Tourn.*, loc. cit., v. *Ter-*

quidem a Laymann allegantur, qui ipse valde probabilem eamdem appellat.

^c) Suarez citatur quidem a Salmant. sicut S. Alphonsus asserit; sed ipse, disp. 8, sect. 3, n. 7, sic loquitur: « Necessa est [ad hoc ut correctionis paeceptum obliget], ut proximus

« Quod si horum aliquid desit, prac-
« ceptum non obligat. Unde patet, ejus
« omissionem in privatis vel nullam esse,
« vel levem culpam. Vide Bonacina⁷. —
[Sed ita generice dictum, non placet].

40. — « Resp. III. Etsi hoc paeceptum
« obliget omnes, etiam subditos, magis
« tamen paelatos. — Ratio prioris est,
« quia omnes sunt commembra, tenentur
« que sibi externa officia caritatis pae-
« stare. Ratio posterioris est, quia subditi
« tantum ex caritate, paelati vero etiam
« ex officio et justitia tenentur. Unde pec-
« care possunt etiam graviter, veniales

« culpas non impediendo, si vigor disci-
« plinae per hoc minuatur». [Vide Lib. IV,
n. 13]. — *Eademque fere est ratio de pa-
« trefamilias, paesertim erga liberos.* —
« Laymann⁸, Palaus⁹, Trullench et cae-
teri ».

Strictius ergo tenentur ad correptionem episcopi, parochi, paelati, parentes, confessarii, domini, mariti, magistri, tuto-res et curatores. — Sed

Dubitatur: *an hi teneantur ad corripiendum etiam cum gravi damno pro-prio?*

Quod ad episcopos et parochos perti-net, non est dubitandum, quin ipsi tum ex officio, tum ex stipendio quod exigunt, teneantur ad subveniendum subditis, ac propterea ad eos corrighendos, adhuc cum periculo vitae, in eorum necessitate, non solum extrema, sed etiam gravi; ut com-muniter docent D. Thomas¹⁰, ubi: *Et ideo,
ubi subditorum salus exigit... pastoris
paesentiam, non debet pastor personaliter... gregem deserere, ... neque etiam pro-
pter aliquod personale periculum immi-nens; cum bonus pastor animam suam*

⁷ Loc. cit. — ⁸ 2^a 2^a, qu. 33, art. 2, corp. — ⁹ Loc. cit., concl. 2, post condit. 4, n. 2 et 4. — *Sorus*, de Secreto, concl. 2, qu. 2, concl. 6 et 7. — *Bañez*, in 2^a 2^a, qu. 33, art. 8, dub. 4, concl. 2 et 4. — *Malder*, in 2^a 2^a, qu. 33, art. 3, v. f. — ¹⁰ Disp. 3, de 1^o Praec. Decal., qu. 4, punct. 7, n. 7, 10 et 12. — ¹¹ Lib. 2, tr. 3, cap. 7, n. 3, v. *Caeterum*. — *Pal.*, tr. 6, disp. 3, punct. 7, n. 8. — ¹² Decal., lib. 1, cap. 5, dub. 15, n. 1. — ¹³ 2^a 2^a, qu. 185, art. 5.

ponere teneatur pro oibus suis; Suarez¹, Palaus², Bonacina³, Viva⁴, Mazzotta^{a)}, et Salmant.⁵ cum Coninck, Trullench, Tapia et Villalobos.

Utrum autem, cum periculo damni proprii, teneantur ad correptionem parentes, mariti et alii ut supra, qui nullum ad hoc stipendium recipiunt?

Videntur affirmare Salmant.⁶, dum dicunt, quod ipsi tenentur ad correptionem ex officio, ac proinde (addunt) ex justitia. — Sed huic additioni seu doctrinae minime acquiesco. Nam, licet verius teneantur superiores ex officio, magis quam ex mera caritate, ut docent Sanchez^{b)}, Palaus, Cajetanus^{b)}, Valentia^{b)} et Diana^{c)}, contra Suarez^{d)}, Tapia et Lorca apud ipsos Salmant.⁷; attamen tale officium, cum ortum habeat ex obligatione solius pietatis aut caritatis, non videtur obligare ex justitia ad tantum onus. Aliud enim est teneri ex justitia ratione stipendii, ut tenentur pastores; aliud, ratione officii.

Addunt Salmant.⁸, concionatores teneri peccata publica reprehendere, etiamsi ideo damna privata timeantur. — Hoc tamen intelligendum, si ex reprehensione aliquis fructus speretur, et majus damnum commune non timeatur.

¹ Disp. 9, sect. 2, n. 4. — ² Tr. 6, disp. 3, punct. 6, n. 4; et disp. 1, punct. 9, n. 12. — ³ Disp. 3, de 1º Praec. Decal., qu. 4, punct. 7, n. 12. — ⁴ De Praec. Decal., qu. 11 art. 6, n. 12. — ⁵ Tr. 21, cap. 6, n. 33. — ⁶ Coninck, disp. 25, dub. 7, n. 101. — ⁷ Trull., Decal., lib. 1, cap. 5, dub. 6, n. 18. — ⁸ Tapia, tom. 2, lib. 3, qu. 2, art. 5, n. 5. — ⁹ Villal., part. 2, tr. 8, diff. 7, n. 7. — ¹⁰ Tr. 21, cap. 7, n. 58. — ¹¹ Pal., tr. 6, disp. 8, punct. 7, n. 8. — ¹² Tapia, tom. 2, lib. 3, qu. 6, art. 18, n. 3.

rum poenitentiam, et ex hoc peccato non sumptum occasionem peccandi, non teneor corrigere. — Et fere eadem docent Palaus et Coninck, pro prima sententia allegati.

^{40.} — ^{a)} Mazzotta, tr. 2, disp. 2, qu. 1, cap. 2, § 6, quaer. 3, ita quidem in omnibus tenet; sed non assert id ad gravem quoque subditorum necessitatem esse extendendum. Quod tamen per se intelligitur, cum obligatio subditis subveniendi in praelatis ex justitia et officio procedat.

^{b)} Sanchez, Consil., lib. 6, cap. 2, dub. 4, n. 3, loquitur tantum de praelato. Et n. 4, dicit patremfamilias teneri liberos fraternaliter corrigere, « majori tamen vinculo quam extraneos ». — Cajetanus, in 2am 2ae, qu. 33, art. 2, v. In resp. ad 4, de praelatis dumtaxat loquitur, quos vult teneri ad correctionem « ex praeecepto justitiae ratione officii », et n. 5: praelatum in hoc negligentem, peccare qui-

41. — ^{a)} Resp. IVº. Ordo in correptione servandus est, quem Christus praescripsit, Matth. XVIII, [15, 16, 17], scilicet: « primo, ut corripas privatum; deinde, « coram testibus; tum, ad praelatum eccllesiae, sive superiore deferas.

« Excipe tamen 1º. Nisi praestet superiori, viro probo et prudenti, quam aliis testibus innotescere: prout cautum est in regula S. Augustini ». [Vide Lib. IV, n. 243 et seq.]. — ^{b)} 2º. Nisi peccatum sit publicum; tunc enim potest publice corripi. — 3º. Nisi vergat in grave damnum tertii, aut communis, si superiori non statim innotescat: v. gr., si quis proditionem molliatur, haeresim occulte spargat; tunc enim immediate superiori indicandum, quia commune bonum praeferendum est privato. Filliuccius⁹. — ^{c)} 4º. Quando corripiendus est contentus ut superiori statim significetur: ut est apud quosdam religiosos, qui quoad hoc juri suo renuntiaverunt. Vide Suarez, Bicanum, Laymann, Sanchez, Filliuccium¹⁰.

« Ex dictis resolvitur:

42. — ^{a)} Qui facile potest impeditre peccatum mortale proximi, et ob mali temporis timorem negligit, peccat mor-

Ordo servandus in correptione.

Exceptiones.

Consecratio.

Lorca, in 2am 2ae, sect. 3, disp. 42, n. 4. — ¹ Loc. cit., n. 58. — ² Loc. cit., n. 67. — ³ S. August., Reg. ad servos Dei, n. 7; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 32, col. 1881. — ⁴ Tr. 28, part. 1, cap. 7, n. 149. — ⁵ Suar., de Relig., tr. 10, lib. 10, cap. 7, n. 18 et seqq.; et de Carit., disp. 8, sect. 6, n. 12. — ⁶ Bican., de Virtut. theol., cap. 21, § de Correct. frat., dub. 5, n. 34. — ⁷ Laym., lib. 3, tr. 3, part. 2, cap. 4, n. 5; v. Praeterea. — ⁸ Sanchez, Decal., lib. 6, cap. 18, n. 44 et seqq. — ⁹ L. c., cap. 7, n. 154.

officio». — Valentia, in 2am 2ae, disp. 3, qu. 10, punct. 3, de solo praelato loquitur, et superiore curam animarum habente. — Salmant. tamen omnes autores istos citant pro sententia docente *quoscumque superiores*, ex officio et justitia teneri ad subditorum correctionem.

^{c)} Diana, a Salmant. eodem modo ac certi allegatus, part. 5, tr. 14, resol. 95; et part. 7, tr. 3, resol. 9, de solis praelatis, magistratibusque, et iis qui stipendium accipiunt, disserit, quos ex justitia dicit teneri ad correctionem.

^{d)} Suarez, a Salmant. (ex Tapia) allegatus, quasi dicat praelatum teneri ex sola caritate ad correctionem, oppositum tamen aperte tueretur, scribens disp. 8, sect. 4, n. 4, praelatos ad id teneri, tum ex misericordia, tum « praeecepto justitiae ratione officii », et n. 5: praelatum in hoc negligentem, peccare qui-

« taliter. — Ita Laymann, Suarez, Sanchez^{a)}. Vide Palaum.

« 2º. Si certo constet, fratrem perfecte emendas peccatum occultum, nec ex eo esse ullum periculum relapsus, vel damni ipsi aut alteri; non licet (etiam in Societate Jesu) denuntiare patri vel praelato, nisi frater expresse in istam denuntiationem consentiat. Sanchez^{b)}, Palaus¹, Filliuccius, Trullench², Suarez, Hurtadus³, et denique card. de Lugo⁴, ubi tamen notat, in Societate Jesu causum esse rarissimum ». [Vide Lib. IV, n. 245, qu. 4]. — ^{c)} Ratio autem est, quia cessat motivum caritatis, atque adeo ratio denuntiandi; ideoque est peccatum, et quidem (ut card. Lugo⁵ notat ex Suarez) mortale ex genere suo. Vide Diana⁶.

« 3º. Si superior immediatus se solo possit delinquentem emendare, ita ut nullum periculum damni vel relapsus ipsi, vel alteri, vel communitati imminent; videtur peccare manifestando superiori mediato delictum. — Palaus⁷, Trullench⁸.

« 4º. Praelati et magistratus tenentur aliquando inquirere subditorum peccata, ut corripiantur. Non tamen multum et curiose de aliquo in particulari rogare debent, nisi is speciale ejus signum derit; neque facile admittere accusatores

— Laym., lib. 2, tr. 3, cap. 7, n. 8. — ¹ Suar., de Carit., disp. 8, sect. 3, n. 9, cum disp. 9, sect. 2, n. 5. — ² Pal., tr. 6, disp. 3, punct. 6, n. 1 et 2. — ³ Loc. cit., punct. 12, n. 4. — ⁴ Filliuccius, tr. 28, part. 1, cap. 7, n. 157. — ⁵ Decal., lib. 1, cap. 5, dub. 14, n. 15. — ⁶ Suar., de Relig., lib. 10, tr. 10, cap. 9, n. 17. — ⁷ De Carit., disp. 163, sect. 5, § 221. — ⁸ Respons. mor., lib. 4, dub. 46. — ⁹ Loc. cit., n. 4. — ¹⁰ Suar., de Relig., loc. cit. — ¹¹ Part. 7, tr. 3, resol. 49 et 50. — ¹² Tr. 6,

dem contra justitiam, « ut per se notum est », et contra caritatem.

42. — ^{a)} A Busenbaum Sanchez allegatur hoc modo: Mor., lib. 6, cap. 18; at pace auctoris, Sanchez, loc. cit., nihil habet quod ad praesentem casum pertineat.

^{b)} Sanchez, Decal., lib. 6, cap. 18, n. 49 et 60, non dicit non licere; sed tantum negat teneri aliquem ad denuntiandum fratrem emendatum.

^{c)} Diana, part. 7, tr. 3, resol. 13, solummodo citat opinionem Hurtadi et Coninck de concionatoribus.

^{d)} Diana, loc. cit., resol. 29, affert tantum sententiam auctorum, dicentium permitti ali-

« spontaneos: quia illi, specie boni communitatis, saepe se querunt. — Hurtadus etc., Diana⁹.

« 5º. Episcopi, praelati religiosorum, pastores animarum, tenentur etiam cum suo incommodo, imo aliquando cum vita periculo, adhibere diligentiam quam possunt, ut peccata publica et occulta impediunt: quia cum Christo pacti sunt curam et sollicitudinem gregis, pro qua multa ab eo bona accipiunt. Hurtadus¹⁰ (apud Diana¹¹); aitque, hanc esse omnium Patrum et theologorum doctrinam, quam Christus verbo et exemplo docuerat: aditque idem esse de magistratibus et concionatoribus. Licet vero hi non tenentur ad id ex justitia (sicut praelati et magistratus); tenentur tamen peccata publica corripiere (sed non facile praelatorum et religiosorum, quorum auctoritas ad bonum commune est necessaria), etiamsi non sit spes emendationis. Coninck, Hurtadus, Diana^{c)}.

« 6º. Correptio adhibenda est non semper statim, sed cum major fructus speatur. Hinc interdum permitte potest reiteratio peccati, ut ferventius resipiscat. Diana^{d)}, ex Reginaldo^{d)}, Filliuccio, Trullench. — Neque sufficit, semel esse factam correptionem; sed debet iterum iterumque fieri, quamdiu speratur fructus. Diana¹².

disp. 3, punct. 11, n. 6. — ¹ Decal., lib. 1, cap. 5, dub. 16, n. 1 et 2. — ² Petr. Hurtad., loc. cit., disp. 162, sect. 5. — ³ Part. 7, tr. 3, resol. 10 et 12. — ⁴ Loc. cit., disp. 162, sect. 7, § 60. — ⁵ Part. 7, tr. 3, resol. 28. — ⁶ Coninck, disp. 28, dub. 6, n. 113. — ⁷ Petr. Hurtadus, de Carit., disp. 162, sect. 7, § 58. — ⁸ Filliuccius, tr. 28, cap. 6, n. 188 et 189. — ⁹ Trullench, Decal., lib. 1, cap. 5, dub. 14, num. 8. — ¹⁰ Part. 7, tr. 3, resol. 32.

quando posse peccati iterationem, ut postea peccator ferventius resipiscat; ipse tamen Diana de hac opinione nullum profert judicium.

At resol. 30, quaerens: « An statim sit adhibenda correctio », respondet eam nonnunquam prudenter et laudabiliter differri; scilicet si non timeatur fratris lapsus in mortale, vel mors in peccato mortali, vel notabile fratris, aut alius, aut reipublicae damnum; « et aliqua justa de causa judicetur tempus opportunius exspectandum esse; dilationem non modo licet, sed etiam debitam esse posse, ut quando multum refert exspectare aliud tempus ». Et hoc relinquitur prudentis arbitrio; ad quod ultimo dictum adducit Reginaldum, lib. 4, n. 345.

DUBIUM V.
De Scandalo.

ARTICULUS I.

QUID, QUOTUPLEX SIT ET QUALE PECCATUM.

43. *Quale est scandalum activum, et quale passivum.* — 44. *Resolutio plurimorum casuum apud Busenbaum.* — 45. *Quando scandalum sit speciale peccatum.* — 46. *An circumstantia inductionis sit necessario in confessione explicanda.* — 47. *An liceat petere aliquando a parato ad peccandum, id quod ille non praestabit sine peccato.*

43. — « Resp. Scandalum dicitur peccatum occasionatum; et est duplex, activum et passivum.

« *Activum* est dictum vel factum (quo nomine etiam omissio intelligitur) minus rectum, praebens alteri occasionem ruinae spiritualis. Ex S. Thoma¹, Sanchez, Azor, Laymann^a, Bonacina^a. — Dixi: « *minus rectum*; hoc est, quod vel in se malum sit, ut si loquaris turpia coram adolescenti; vel mali speciem habeat, ut si justa de causa, coram aliis eam ignorantibus, comedas carnes die vetito.

— Scandalum activum aliud est per se tale, aliud per accidens. *Per se* dicitur, quando directe intenditur alterius ruina; id est, si ideo aliquid fiat, ut aliquis ad peccatum inducatur: v. gr. si adulterum alienam sollicitet ad adulterium. *Per accidens* dicitur, quando indirecte et interpretative tantum causatur alterius peccatum: ut si quid facias, quod tibi in mentem venit aptum natum esse ad inducendum alterum hic et nunc ad peccatum, et nihilominus facis; ut si coram pusillis pecces, vel die vetito carnes comedas, non dicendo quod habeas veniam; item, si clericus domi sua alat mulierem populo suspectam, esto absit omne peccatum et peccandi periculum. — Vide Sà², Laymann, Bonacina³.

« *Scandalum passivum* est ipsa ruina, sive peccatum, in quod labitur proximus.

¹ 2^a 2nd, qu. 48, art. 1. — *Sanch.*, *Decal.*, lib. 1, cap. 6, n. 1. — *Azor*, part. 2, lib. 12, cap. 16, v. *Quarto notandum*. — ^a *V. Clericus*, n. 27, in edit. correct. (in edit. ge-

« *mus ex occasione alterius dicti vel facti.* — Quod dividitur in *datum seu pusillum, quod oritur ex activo; et in acceptum, quod non oritur ex activo, sed ex ipsius sumentis malitia, quale erat odium et invidia Phariseorum in Christum, occasione ejus dictorum vel factorum: unde hoc dicitur pharisaicum.*

« Ex his patet:

« 1^o. Ad scandalum activum non requiri, ut de facto passivum consequatur; sed satis esse, quod data sit occasio, ex qua natura sua sequi possit: ut si quem inducere velis ad peccatum, qui tamen non consentiat. Sicut etiam contra, passivum potest dari sine activo.

— Laymann⁴.

« 2^o. Scandalum passivum non esse speciale peccatum, neque addere circumstantiam aggravantem; v. gr. qui viso alterius furto, etiam furatur, non ideo peccat gravius. — Laymann^b.

« 3^o. Non semper esse scandalum, si peccas coram aliis; sed tantum quando, attentis circumstantiis tam personae agentis, quam coram quibus fit actus, potest probabiliter timeri ne per hunc actum trahantur ad peccatum, qui alias peccaturi non essent. — Sanchez, Laymann⁵.

« 4^o. Omne scandalum activum, directe intendens ruinam proximi, esse speciale peccatum contra caritatem; ut ha-

nuina, n. 29). — Laym., lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 2. — ^a Disp. 2, de Peccat., qu. 4, punct. 2, § unic., n. 5 et 6. — ^b Loc. cit., n. 2. — ^c Sanch., Decal., lib. 1, cap. 6, n. 7. — ^d Loc. cit., n. 6.

Scandalum activum quid.

Quotuplex: persepe per accidens.

Scandalum passivum.

Scandalum quandoque mortale.

Quandoque veniale.

Scandalum peccatum duplicit speciei.

Coram aliis peccare, quando sit scandalum.

Scandalum directum, speciale peccatum.

43. — a) Neque Laymann, lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 1 et 2; neque Bonacina, disp. 2 de Peccatis, qu. 4, punct. 2, § unic., definunt scandalum activum et passivum, datum et acceptum, eodem modo ac Busenbaum.

b) Etsi Busenbaum citet Laymann, *ibid.* scilicet cap. 13, re tamen vera, Laymann ibi non negat scandalum passivum esse speciale peccatum. Id vero habet Sanchez, *Decal.*, lib. 1, cap. 6, n. 7.

« bet communis sententia. An vero idem sit, quando intenditur indirecte, controvertunt Scholastici, et parum refert ad praxim. — Sanchez¹, Azor², Bonacina³.

« Unde resolves hos casus:

44. — « 1^o. Mortaliter peccat, qui alteri dat occasionem ruinae mortalis: nisi indeliberatio excusat. Et sic opus in differens vel veniale saepe transit in mortale, ratione scandali; v. gr. si jocum verbum proferat religiosus comram foeminis, vel iis qui inde occasio nem peccati mortalis sumere possunt.

— Laymann⁴.

« 2^o. Venialiter peccat ratione scandali, qui alteri dat occasionem ruinae venialis tantum. Quod verum est, etsi directe illam intendat, et quidem per actum mortalem. Sanchez⁵ ex communi, contra Suarez^a. Ratio autem est, quia ruina est parva. Et patet a simili, ut si quis per fornicationem intendat furari rem minimam, furtum tantum erit veniale.

« 3^o. Scandalizans committit, praeter peccatum scandali, etiam peccatum ejus speciei ad quod alterum inducit: ideo que confiteri debet speciem peccati mortali, per quod et ad quod induxit, cum numero inductorum, vel qui probabili-

¹ Loc. cit., n. 3. — ² Part. 1, lib. 4, cap. 7, quer. 1; cfr. part. 2, lib. 12, cap. 16, quer. 2. — ³ Loc. cit., n. 5, 8, 12 et seqq. — ⁴ Lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 1. — ⁵ Decal., lib. 1, cap. 6, n. 10 et 11. — *Sanch.*, loc. cit., n. 8. — *Azor*, part. 2, lib. 12, cap. 16, quer. 2 et 4. — *Laym.*, loc. cit., n. 6. — ^a Disp. 2, de Peccat., qu. 4, punct. 2, n. 9 et 12. — ^b Part. 3, tr. 4, resol. 114. — ^c *De Sacram. Poenit.*, disp. 16,

« ter induci potuerunt. Sanchez, Azor, Laymann, Bonacina⁶, card. de Lugo^b, Diana^c. Excipit tamen card. de Lugo^d, « si praeter intentionem scandalum dedecit^e. — Tamburinius^f [cum Lugo^d] « ait, quoad inductos, sufficere, si dicas: « *Fui semel multis occasio peccandi meo malo exemplo*. [Vide^e Lib. V, n. 46, ad 4].

« 4^o. Etsi is qui scandalizavit alios, temineat illis rursus dare bonum exemplum, ut inquit Sà; si quis tamen nudo exemplo suo alios ad furtum induxit, neque alio peculiari modo, v. gr. exhortatione, consilio, mandato, est cooperatus, non tenetur ad restitutionem: quia talis inductio est tantum contra caritatem, non contra justitiam. [Ita etiam Sanchez¹⁰, et Salmant.¹¹ cum Molina, Bonacina, Dicastillo et aliis communiter, cum Roncaglia¹²; qui recte ait, quod, licet is peccet etiam contra justitiam (juxta probabilem sententiam, quam sequitur n. seq. 45), non tenetur tamen ad restitutionem, quia non est causa, sed tantum occasio damni. Vide n. seq. in fine]. — « Idem docet esse Lessius^f, si cum Cajo v. gr. potires ea intentione, ut ipse, consumptis pecuniis, furetur. « Vide Lessium¹⁸.

n. 159. — ⁹ Method. confess., lib. 2, cap. 1, n. 64. — Sà, v. *Scandalum*, n. 4. — ¹⁰ Decal., lib. 1, cap. 6, n. 5. — ¹¹ Tr. 13, de Restitut., cap. 1, n. 114. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 784, n. 2. — *Bonac.*, disp. 1, de Restitut., qu. 2, punct. 11, n. 16. — *Dicast.*, lib. 2, tr. 2, de Restitut., disp. 4, dub. 2, n. 28. — ¹² Tr. 6, qu. 3, cap. 6, quer. 2. — ¹³ Lib. 2, cap. 9, n. 113.

ad peccatum inducitur, « *praeviso...*, sed non volito directe ejus periculo».

^d Tamburinius dicit hanc doctrinam colligi posse « ex de Lugo ». — Sed card. de Lugo, loc. cit., n. 135, haec tantum scribit: « Quando aliquis suo peccato scandalum praebet astantibus, non credo solere interrogari communiter de numero determinato astantium, qui potuerunt scandalizari; quod tamen fieri debet, si haec doctrina [quod respectus unius actus ad diversas personas non sit necessario in confessione aperiendus] non esset probabilis ».

^b Cardin. de Lugo, *de Sacram. Poenit.*, disp. 16, n. 159, hanc sententiam admittit: « quoties scandalum fit primo vel secundo modo, ita ut formaliter vel saltem directe intendatur peccatum proximi ».

^c Nempe, ut ait Lugo, quando proximus

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. I.

Solum exemplum non obligat ad restitutionem.

Publice
peccans non
dat semper
scandalum.

« 5°. Non censetur dare scandalum, « qui, licet publice peccet, facit id tamen « coram iis, qui vel sunt ita viles vel in- « fames aut improbi, vel qui sunt ita « probi, ut nemo moveatur ad peccatum: « v. gr. si quis fornicetur coram aliis, qui « sunt parati idem facere, nec ejus exem- « plo moventur; vel si coram mansuetis « quis contendat, rixetur, vel alium cae- « dat. — Sanchez¹.

« 6°. Non ideo factum aliquod est scan- « dalum, quia alius incipit de tali homine « male suspicari aut sentire; quia hic non « peccat, si ob sufficientia indicia suspi- « cetur. Secus tamen est, si incipiat male « sentire de fide catholica, clero, ordine « religioso, vel minus ad pietatem affici. « Unde patet, facilius dari scandalum ab « iis qui sunt in magna auctoritate, vel « pietatis existimatione, quam ab aliis. — « Coninck².

45. - Hic operaे pretium est ad tru- tinam revocare tres Quaestiones, valde scitu et ad praxim necessarias.

Quaestio 1a. *Quandonam scandalum sit speciale peccatum?* — Adsunt tres sententiae.

Juxta a-
lios, pecca-
tum specia-
le esse in
solo scandala-
to directo.

Prima asserit, tunc tantum scandalum esse speciale peccatum contra caritatem, quando directe intenditur spiritualis ruina proximi. Ita Sanchez³, Bonacina⁴ cum

¹ Decal., lib. 1, cap. 6, n. 7. — ² De Carit., disp. 32, dub. 4, n. 33 et 34. — ³ Loc. cit., n. 3. — ⁴ Disp. 2, de Peccat., qu. 4, punct. 2, § unic., n. 13. - *Pal.*, tr. 6, disp. 6, punct. 3, n. 8. - *Azor*, part. 1, lib. 4, cap. 7, quer. 1. -

damnum sic eveniat, ut si cum vendis arma militi, optes in animo occidi inimicum tuum, et ea intentione vendas. Quidam putant te tunc teneri [ad restitutionem]...; sed contrarium verius videtur, unde: Dico 3^o (*n. 113*), etiamsi intendas damnum tertii, si tamen actio exterior cum circumstantiis, talis sit, ut ex ea non sequatur damnum ut plurimum, seu ex conditione actionis, sed aliunde, non erit peccatum injustitiae».

45. - ^{a)} Bañez hanc revera sententiam tenet, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 43, art. 4, dub. 1, concl. 2, loquens de formal specificatione actus moralis; sed concl. 3, haec addit: « Si dictum aut factum unde proximus scandalizatur, non habeat unde sit malum moraliter, nisi ex ruina proximi, quam homo tenebatur impedire vel non dare occasionem illius, tunc est speciale scandali peccatum, reductive tamen».

Palao, Azor, Bañez^{a)}, Trullenç, etc. apud Salmant.⁵ — Ratio horum DD., quia, ut peccatum aliquod sit specialiter distinctum, requiritur ut habeat speciale finem contra virtutem oppositam. At, cum proximi ruina non intenditur, non specialiter laeditur caritas, sed potius illa virtus, ad quam laedendam proximus inducitur: ideo tale scandalum ad illam speciem reducitur peccati, ad quod proximus inducitur, sive directe, jussu, consilio; sive indirecte, verbis aut exemplo.

Secunda sententia, quam tenent Lugo⁶ cum Navarro^{b)}, et Tamburinius⁷ cum aliis recentioribus, distinguit; et dicit, posse aliquem tripliciter inducere alterum ad peccatum: 1^o directe et formaliter intendendo illius spiritualem ruinam; 2^o directe, sed non formaliter, quando scilicet vult ut alter castitatem violet: non jam ut animam perdat, sed ut ipsi inducenti satisfaciat; 3^o indirecte, nempe quando ex suo exemplo alter accipiet occasionem peccandi. — Hinc ajunt, quod si scandalum accidat primo et secundo modo, peccat scandalizans, non solum contra caritatem, sed etiam contra virtutem, ad quam laedendam proximum inducit. — Quando vero tertio modo peccat, scilicet praeviendo, sed non intendendo peccatum proximi; tunc peccat

Juxta a-
lios, direc-
tum est du-
plex pecca-
tum.

Indirectum,
peccatum
tantum con-
tra carita-
tem.

Trull., Decal., lib. 1, cap. 6, dub. 5, num. 5. — ⁵ Tr. 21, cap. 8, num. 51. — ⁶ De Sacram. Poenit., disp. 16, num. 157 et seqq. — ⁷ Method. confess., lib. 2, cap. 1, num. 100 et 105.

^{b)} Navarrus a card. de Lugo pro hac sententia allegatur, non quasi eam directe et disertis verbis teneat, sed quasi eam supponat: « Hanc sententiam, inquit de Lugo, supponit Navarrus..., ubi tunc dicit explicandam esse speciem peccati ad quam proximus inducitur, quando directe intenditur peccatum proximi; quando vero non intenditur directe, non apponit talem obligationem, sed solam obligationem confitendi peccatum scandali ». Et re quidem vera, Navarrus, in *Man.*, cap. 6, n. 19: « Circumstantia scandali, inquit, in duobus casibus est necessario confitenda... Prior casus est, quando scandalum est formale: hoc est, quando aliquid dictum aut factum fuit animo provocandi alium ad peccatum mortale; et non solum tenetur confiteri id quod praedicto animo dixit aut fecit, sed etiam tenetur explicare illam peccati speciem, ad quam provocare intendebat. Posterior casus est, cum

tantum contra caritatem, non autem contra virtutem quae laeditur: unde non tenetur illius speciem explicare. Ratio, quia reliquae virtutes non obligant, saltem graviter (prout ait Lugo), ut impediamus in aliis vitia opposita: sed tantum ne positive intendamus proximum inducere ad eas offendendas.

Tertia sententia, cui subscribo, tenet, quod qui directe vel indirecte inducit proximum ad peccatum, *dupliciter* peccat, scilicet tam contra caritatem, quam contra virtutem, ad quam laedendam proximum inducit. — 1^o. Quod peccet *contra caritatem*, mihi videtur non posse negari; et nescio acquiescere primae sententiae expositae. Si enim caritas obligat ad proximum corrigendum, et impediendum, cum possimus, ne ruat in peccatum; quanto magis obligat ad eum non impelliendum ad peccatum consilio vel exemplo! Nec obstat ratio allata, quod ad caritatem laedendam requiratur finis eam laedendi specialis; nam generaliter sufficit ponere destructivum cujusvis virtutis, ut illa offendatur, etsi hoc non intendatur: prout si quis occidit inimicum in ecclesia, etiamsi non intendat religionem offendere, tamen non solum peccat contra justitiam, sed etiam contra religionem, cum ipso facto illam laedat. Et sic tenent Lugo¹, Continuator Tournely², Roncaglia³, Tamburinius⁴, Salmant.⁵ cum Tapia (Vide dicenda in *Qu. 3, n. 47, circa fin.*).

Solum exemplum non obligat ad restitu- tionem.

Qui tamen suo exemplo induceret alium ad furandum, licet peccet contra justitiam dupli peccato, non tenetur tamen ad restitutionem^{e)}; ut communiter docent DD., Molina¹¹, Bonacina¹², Sanchez¹³, Roncaglia¹⁴ et Salmant.¹⁵, contra Continuatorem Tournely¹⁶ cum An-

Lugo, de Sacr. Poenit., disp. 16, n. 161 et 162. — ¹ Loc. cit., n. 159 et 160. — ² De Carit., sect. 7, punct. 1, § 2. — ³ Tr. 6, qu. 3, cap. 6, quaestione. 2. — ⁴ Method. confess., lib. 2, cap. 1, n. 102 et 105. — ⁵ Tr. 21, cap. 8, n. 52 et 53. — ⁶ Petrus de Soto, Institut. sacerdot., de Confess., lect. 9, de Integr. i. f. - ⁷ Valent., in 2^{am} 2^{ae}, disp. 3, qu. 18, punct. 2, v. *Altera sententia*. - ⁸ Suan., de Carit., disp. 10, sect. 2. - ⁹ Tapia, tom. 2, lib. 3, qu. 16, art. 3, n. 3. — ¹⁰ De Just. et Jure, tr. 2, disp. 784, n. 2. — ¹¹ Disp. 1, de Restitut., qu. 2, punct. 11, n. 16. — ¹² Decal., lib. 1, cap. 6, n. 5. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Tr. 18, de Restitut., cap. 1, n. 114. — ¹⁵ De Carit., sect. 7, punct. 1, § 2, v. *Ex prima*.

per opus suo genere bonum aut indifferens, secundum speciem tamen et apparentiam malum, praebetur occasio peccandi mortifera ».

^{c)} S. Thomas, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 43, art. 1, ad 4, habet utique textum a S. Alphonso hic citatum; sed, *ibid.*, art. 3, (quem citat Sanchez) haec scribit: « Scandalum autem activum potest accipi dupliciter, per se scilicet et per accidentem. Per accidentem quidem, quando est praeter intentionem agentis, ut puta, cum aliquis facto suo vel verbo inordinato non intendit alteri dare occasionem ruinae, sed solum suae satisfacere voluntati. Et sic etiam scandalum activum non est speciale pecca-

tum Soto, Valentia, Suarez, Tapia, Prado. Et hanc expresse docet S. Thomas⁶; quamvis enim Sanchez citet ipsum pro sua sententia in 2^{am} 2^{ae}, qu. 43, art. 3, verum tamen S. Doctor^{c)} ita loquitur: *Quando aliquis suo malo verbo vel facto intendit alium ad peccandum inducere; vel, etiam si ipse hoc non intendat, et ipsum factum est... inductivum ad peccandum...: tunc ille... dat occasionem ruinae; unde vocatur scandalum activum.*

— Quod autem is peccet etiam *contra virtutem*, ad quam laedendam proximum (etsi indirecte) inducit: ratio est, quia quaelibet virtus non solum contrarios prohibet actus, sed etiam prohibet, ne detur occasio aliis inductiva ad peccandum; tunc enim occasio illa, etsi non sit causa de se influxiva, est tamen causa moralis, ut proximus peccet: dicitur *causa moralis*, quae in substantia aequivalat causae directe inductivae ad peccatum, cum sine ea proximus non peccaret. Ita Cajetanus^{d)}, Sanchez⁷, Roncaglia⁸, Continuator Tournely⁹, et Salmant.¹⁰ cum Tapia (Vide dicenda in *Qu. 3, n. 47, circa fin.*).

Qui tamen suo exemplo induceret alium ad furandum, licet peccet contra justitiam dupli peccato, non tenetur tamen ad restitutionem^{e)}; ut communiter docent DD., Molina¹¹, Bonacina¹², Sanchez¹³, Roncaglia¹⁴ et Salmant.¹⁵, contra Continuatorem Tournely¹⁶ cum An-

Solum exemplum non obligat ad restitu- tionem.

per opus suo genere bonum aut indifferens, secundum speciem tamen et apparentiam malum, praebetur occasio peccandi mortifera ».

^{d)} Cajetanus, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 43, art. 1, habet utique textum a S. Alphonso hic citatum; sed, *ibid.*, art. 3, (quem citat Sanchez) haec scribit: « Scandalum autem activum potest accipi dupliciter, per se scilicet et per accidentem. Per accidentem quidem, quando est praeter intentionem agentis, ut puta, cum aliquis facto suo vel verbo inordinato non intendit alteri dare occasionem ruinae, sed solum suae satisfacere voluntati. Et sic etiam scandalum activum non est speciale pecca-

toine. — Ratio, quia exemplum illud non est causa directe influxiva; sed tantum occasio, quae non praestat ad furandum positivum influxum, qui requiritur ad obligationem restitutione.

46. — Quaestio 2^a. *An circumstantia inductionis ad fornicationem sit in confessione explicanda?*

Negant Lugo¹, et Tamburinius² cum Sanchez³, et Vasquez, Leander cum aliis apud Salmant.⁴; qui dicunt sufficere facteri fornicationem: quia malitia inductio- nis, sive scandali (ut ajunt) jam habetur, licet non gravis, quando aliquis non sollicitat, sed consentit; adhuc enim participat cum altero in suo peccato, et est causa cooperans ad ejus ruinam; quare solum videtur aggravari magis haec malitia intra eamdem speciem, quando quis positive sollicitat. Et idem ait Lugo⁵ dicendum de collocutione turpi et simili.

— Contradicunt tamen Sanchez⁶, Palau⁷, et Salmant.⁸ cum Diana⁹, Coninck, Filiuccio, etc., dicentes omnino explicandam esse circumstantiam sollicitationis, cum haec sit peccatum distinctum a peccato ad quod proximus inducitur.

Hac tamen ratione non obstante, videtur satis probabilis prima sententia Lugonis: cum etiam in cooperatione ad fornicationem adsit peccatum contra caritatem, bene distinctum a peccato cooperacionis ad fornicationem, cooperando ad

Antoine, de Justit. et Jure, part. 2, cap. 3, qu. 13. — ¹ De Sacr. Poenit., disp. 16, n. 142. — ² Method. confess., lib. 2, cap. 7, n. 24. — ³ Vasq., in 3^{am} part., de Poenit., qu. 91, art. 1, dub. 4, n. 7. — ⁴ Leand., de Poenit.,

ruinam alterius partis (juxta mox dicta in Quaestione antecedenti, et dicenda in Quaest. sequenti). Unde infert Lugo, inductionem non esse nisi circumstantiam aggravantem intra eamdem speciem, non necessario explicandam; juxta sententiam quam referemus Lib. VI, ex n. 467.

Ex hac autem sententia Lugonis et aliorum ut supra, scilicet quod circumstantia sollicitationis sit ejusdem speciei, quam cooperatio ad fornicationem, infertur quod cooperatio ad fornicationem (licet in ipsa fornicatione necessario contenta) sit peccatum distinctum tam contra castitatem, quam contra caritatem. Unde qui fornicatur, secundum hanc sententiam, non unum peccatum committit, sed plura contra castitatem; et tot (ut arguo), quot peccata tu committeres, si ad invicem cum altero pollutionem faceres. Tunc enim unum peccatum ageres, quia te polluis; secundum, quia polluis alterum (idque jam tenet Continuator Tournely¹⁰, ubi ait quod fornicans duplamente peccat, propter fornicationem propriam et propter alienam); tertium, quia cooperaris, ut alter te polluat: praeter duo alia peccata, quae committis contra caritatem, cooperando ad pollutionem illius, et ad actionem ipsius, ut tu polluaris. — Omnia haec peccata enumerantur etiam in fornicatione; et pariter in sodomia, adulterio et incestu. Haec autem diversa peccata non

I dem de
cooperatio-
ne ad forni-
cationem.

disp. 8, § 5, qu. 5. — ⁵ Tr. 6, de Poenit., cap. 8, n. 107. — ⁶ Con., de Carit., disp. 32, dub. 5, n. 35. — ⁷ Fill., tr. 28, cap. 10, n. 231. — ⁸ Lugo, de Sacr. Poenit., disp. 16, n. 142. — ⁹ De Carit., sect. 7, punct. 1, § 2, vers. Ex his patet.

46. — ^{a)} Sanchez, *Decal.*, lib. 1, cap. 6, n. 14, cum distinctione loquitur (etsi a Tamburino absolute citetur); et ita quidem tenet, casu quo mulier jam ad fornicationem parata erat; si vero mulier parata non erat, «tenuer vir inductionem fati...», quia est circumstantia scandali notabilissime aggravans..., nec in sua fornicatione exprimitur». Idemque esse ait, si foemina virum, etsi paratum, invitasset, utpote quae inductio in sua fornicatione non declaratur.

^{b)} Lugo, loc. cit., non de colloquio turpi, sed de «illis... qui in missa, diebus festis distracthuntr voluntarie colloquiis et confabulationibus».

^{c)} Sanchez, vide notam ^a supra.

^{d)} Palau, non sine aliqua oscitania loquitur. «Probabilius est, inquit tr. 6, disp. 6,

punct. 3, n. 4, te obligatum esse manifestare [in]ductionem ad peccatum], quia manifestata copula non manifestatur inductio, cum fieri possit absque inductione, ut regulariter in foemina contingit, quae non inducit, sed est inducta. In viris autem, quia regulariter inducunt, forte hanc inductionem non erit opus manifestare, quia subintelligitur, cum contrarium non exprimitur. — Salmant., tr. 6, de Poenit., cap. 8, n. 107, Palau adhaerent, cuius verba referunt, et concludunt inductionis circumstantiam in confessione manifestandam esse, «quoties talis circumstantia non censeatur sufficienter explicata, explicato actu principali».

^{e)} Diana a Salmant. adducitur pro sententia quam ipsi tueruntur; Diana autem, part. 3, tr. 4, resol. 114, communem appellat senten-

certe sunt explicanda in confessione ab eo qui fornicatur: nam sufficienter illa exprimit, fatendo fornicationem; et ut ipse fornicando, jam confuse illa apprehendit, ita etiam in confuso confessarius ipsa intelliget.

Dici posset cum Suarez apud Salmant.¹, quod, cum plura objecta mala respiciunt unum actum, tunc unum peccatum constituant, etiamsi per se seorsim divisum, unumquodque objectum eorum suam propriam malitiam complete haberet: prout dicit Sporer² de sacerdote celebrante in mortali, qui, licet plures actions per se malas perpetret, nempe indigne consecrando, sumendo, etc.; tamen (ut tenet Sporer), quia omnes illae actiones unum ministerium sacrificii respiciunt, unum sacrilegium ipse committit. Et sic pariter dici posset in fornicatione: ubi, quamvis plures actiones pravae concurrent, omnes per se singularem malitiam habentes; quia tamen unum peccatum fornicationis respiciunt, ideo (praeciso peccato inductio- nis) unum peccatum constituunt. — Sed regulam, quam ponit Suarez, ut supra, negant Salmant.³, et dicunt, quod sicut plura objecta prava, specifice distincta in uno actu (puta in occisione sacerdotis), plura peccata efformant specie diversa; ita plura objecta, ex se propriam malitiam completam habentia, etiam in uno actu plura peccata numero diversa constituent. — Quod autem Missa celebrata in mortali sit unum sacrilegium, hoc negamus cum Croix. Vide dicenda Lib. V, n. 44.

¹ Suar., de Poenit., disp. 22, sect. 5, n. 35 et 36. — ² Tr. 20, de Princip. moralit., cap. 12, n. 60. — ³ Theol. sacrament., part. 3, cap. 8, n. 435. — ⁴ Loc. cit., n. 69. — ⁵ Croix, lib. 6, part. 1, n. 93. — ⁶ De Just. et Jure, lib. 6, qu. 1, art. 5. — ⁷ Henrig., lib. 5, cap. 6, num. 7. — ⁸ Azor, part. 2, lib. 12, cap. 16, quær. 5. — ⁹ Salon, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 62, art. 2, controv. 2, init, v. *Haec, pace*. — ¹⁰ Decal., lib. 1,

tiam, quae tenet inductionis circumstantiam in confessione explicandam esse; sed de ea nullum profert judicium.

^{f)} Lugo hanc circumstantiam innuit, dicens, de Sacram. Poenit., disp. 16, n. 142, de eo qui cum foemina fornicatur: «Adhuc... participat cum illa in suo peccato, et est causa cooperans ad ejus ruinam».

^{g)} Valenti, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 3, qu. 18, punct. 2, v. *Ad tertium*; Bartholom. Medina, Sum., lib. 1, cap. 9, § 2, circumst. 4; Manuel Rodriguez, Sum., part. 1, cap. 211,

His tamen non obstantibus, non improbo opinionem eorum, qui dicunt fornicationem esse unum peccatum; sed magis mihi arridet sententia Lugonis, ut supra ^{f)}, qui in quacumque fornicatione plura peccata agnoscit. Unusquisque abundet in sensu suo.

47. — Quaestio 3^a. *An sit peccatum scandali, petere ab alio aliquid, quod ipse non praestabit sine peccato, si jam paratus sit ad peccandum? — Hic distinguendum.*

ⁱ Si res quae petitur sit de se *intrinseca mala*, ita ut nullo modo praestari possit sine peccato, prout est petere fornicationem a meretrice parata, non de sunt plures DD. qui dicunt non esse peccatum scandali; quia, cum talis mulier sit semper in actuali aut virtuali voluntate peccandi, non censetur graviter, sed leviter cooperari, qui occasionem ei praebet peccatum illud exsequendi. Ita Sotus⁴; item Henriquez, Azor, Valentia⁵, Medina⁶, Salon, Manuel⁷, Lopez⁸, etc. apud Sanchez⁹, cum Coninck et Salas¹⁰ apud Bonacina¹¹. — Veneror tantorum DD. auctoritatem; sed non auderem recedere a sententia contraria, quam sequendam censem, et tenent Sanchez¹² cum Cajetano, Navarro et Filiuccio; item Bonacina¹³, Roncaglia¹⁴, Tamburinius¹⁵ et Sporer¹⁶, qui vocat communem et certam. Ratio mihi valde potens: quia, licet meretrix sit in actuali voluntate peccandi, certe tamen sibi infert ruinam graviter majorem, opere complendo illud particolare fornicationis peccatum. Is igitur qui illi cooperatur ad

Petitio rei
per se ma-
lae a para-
to no[n] est
scandalum
juxta annos.

Juxta Au-
ctorem, est
scandalum.

¹² cap. 6, n. 13. — ¹³ Con., de Sacram., disp. 7, dub. 4, n. 23. — ¹⁴ Disp. 5, de Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. 2, § 3, diff. 3, n. 19 et 20. — ¹⁵ Loc. cit., n. 14. — ¹⁶ Cajetan., in 2^{am} 2^{ae}, qu. 78, art. 4. — ¹⁷ Navar., Man., cap. 14, n. 39. — ¹⁸ Fill., tr. 28, n. 231 (allegatus non a Sanchez, sed a Bonacina). — ¹⁹ Disp. 2, de Peccat., qu. 4, punct. 2, § unic., n. 21. — ²⁰ Tr. 6, qu. 3, cap. 6, qu. 6. — ²¹ Decal., lib. 5, cap. 1, § 4, n. 66.

n. 5; Ludovicus Lopez, *Instructor. consci.*, part. 1, cap. 34, in *princip.*, videntur expresse sic tenere, ut ipse Sanchez notat, in quantum scilicet dicunt circumstantiam fatendam esse, si induxeris non paratam. Quare, (ita Sanchez.) a contrario sensu aliud de parata sentiunt.

^{b)} Salas, tr. de Usuris, dub. 48, n. 3, quamvis a Bonacina pro hac sententia adducatur, ipse tamen cum S. Alphonso oppositam tenet.

^{c)} Sporer, tr. 5, cap. 1, n. 45, dicit com-
mune esse et certum id non licere, scilicet

peccatum consummandum, duplíciter graviter peccat, tum contra caritatem, tum contra castitatem; ut mox melius patebit ex infra dicendis.

II^o. Si autem res quae petitur sit *indiferens*, et bene possit praestari sine peccato alterius, ut esset petere mutuum ab usurario, juramentum a falso juramento, sacramentum a sacerdote peccatore, et similia:

Prima sententia tenet non esse peccatum grave, petere praedicta sine justa causa. — *Ratio*, quia (ut ajunt), cum usurarius ille aut sacerdos, etc., jam habeat voluntatem deliberatam peccandi, non inferves ipsi grave damnum, si proponas illi occasionem, qua exsequatur peccatum præter tuam intentionem; ea enim anticipatio operis externi peccatum illius tantum accidentaliter variat. Ita Lugo¹, Cajetanus², Sotus³, Navarrus⁴, Sà⁵; item Aragon⁶ Ledesma et alii apud Sanchez⁷; et probabilem putant ipse Sanchez, Palaus⁸ et Tamburinius.

Secunda vero sententia, quam amplectimur, tenet id esse peccatum mortale tam contra caritatem, quam contra virtutem, ad quam laedendam occasio pro-

¹ De Just. et Jure, disp. 25, n. 284 et seqq. — ² In 2^{am} 2^{ae}, qu. 78, art. 4; et Sum. v. *Usura*, § Accipere ad usuram. — ³ De Just. et Jure, lib. 6, qu. 1. art. 5, dub. 1. — ⁴ Man., cap. 17, n. 262. — *Petr. Ledesm.* Sum. (in 2^{am} 2^{ae}), tr. 8, cap. 33, post concl. 29, dub. 2, concl. 1. — ⁵ Decal., lib. 8, cap. 8, n. 23. — *Sanct.* loc. cit. — *Tam-*

cooperari» absque alia causa, illi qui actu vult peccare.

⁶ Sà, v. *Usura*, n. 5, in editione genuina, scribit: «Non est illicium petere ad usuram ab eo quem scis non aliter daturum; quod si petis sine necessitate aut utilitate, non est mortale». Quae quidem a correctore sic immutata sunt: «Non est illicium petere mutuum ab eo, quem scis non aliter daturum quam ad usuram; quod si petis sine necessitate aut utilitate, peccatum est».

⁷ Aragon, *de Just. et Jure*, qu. 78, art. 4, dub. 1, concl. 2, a Sanchez male citatur; ibi enim Aragon loquitur non de petente, sed de accipiente tantum. At vero, concl. 3, loquitur de petente mutuum, et necessitatem aliquam requirit; et qu. 89, art. 6, dub. 2, concl. 3, loquens de simili, scilicet de eo qui juramentum exigit ab eo quem scit per falsos deos juraturum, negat satis esse exiguum commodum ad excusandum a mortali, et subdit: «Ex hoc infertur quod qui nulla necessitate

ximo praebetur, petendo ab illo mutuum, sacramentum aut juramentum sine gravi causa. Nam, cum adsit gravis causa, petens omnino excusatur, ut docet D. Thomas⁹ cum S. Augustino¹⁰, Elbel¹¹ et aliis communiter apud Salmant.¹²; quia licite potest homo, causa alicujus sui notabilis boni, permettere peccatum alterius, quod provenit tantum ex illius malitia.

Petens autem *sine justa causa* peccat 1º *contra caritatem*; quia est causa moralis, ut proximus patiatur grave damnum spirituale. Nam, praescindendo a quaestione an actus externus augeat malitiam actus interni, ut tenent Scotus et ejus discipuli cum Dupasquier¹³, quia (ut dicunt) integritas seu difformitas actus externi diversa est ab integritate actus interni, cum actus externi et interni sint diversae rationis: vel an, manente voluntate plena erga peccatum, actus externus nihil addat malitiae actui interno, ut tenent probabiliter D. Thomas, Gonet¹⁴, Estius¹⁵ et alii, quia tota malitia actus externi consistit in voluntate. Sed quicquid sit de hoc, etiam thomistae, prout declarat Estius, dicunt quod, cum contingit perpetratione operis mali voluntatem magis affici ad rem

Peccatum contra caritatem.

concupitam, tunc sine dubio per opus externum additur aliquid malitiae; quia tunc ipsius voluntatis malitia augetur. Quapropter quamvis speculative loquendo, sit probabilius thomistarum sententia; practice tamen dicimus, quod, ex communiter contingentibus, per actum externum semper augetur malitia voluntatis, ob ejus maiorem complacentiam, conatum, diuturnitatem, etc., ut adverbit bene Habert¹⁶. Hinc Estius¹⁷ sic concludit: *Caeterum, quoniam externum opus revera peccatum est, hinc fit ut ... semper dicendum sit, plus mali eum fecisse qui peccatum opere perpetravit, quam qui... in sola voluntate continuuit*. Cum igitur peccator actu extero notabilem maiorem ruinam sibi interfert, non potest excusari a peccato gravi contra caritatem, qui sine gravi causa cooperatur illi ad opus exsequendum; ut ait etiam Continuator Tournely¹⁸. Caritas enim nos obligat ad vitandum damnum grave proximi, quotiescumque sine notabili incommodo id possumus. Cum

Excusatio a peccato contra caritatem.

¹ De Actib. hum., cap. 8, qu. 2, resp. 2. — ² In 2, dist. 42, § 2. — ³ Tr. 6, qu. 8, cap. 6, quaer. 6. — ⁴ Bonac., cap. 1, n. 46. — ⁵ De Scandalo, n. 365.

⁶ Continuator Tournely, *de Carit.*, sect. 7, punct. 1, § 2, v. *Ex his patet*, sic loquitur: «Duplicis vel potius triplicis esse reum peccati, eum qui foeminam inducit ad fornicationem...; atque id verum est, etiamsi mulier in habituali committendi criminis voluntate esset: de facto enim hic et nunc sine inductione tua peccatum non commisisset saltem exterius... Nunquam licitum esse petere ab alio aut eidem suadere id quod ipse sine culpa exequi non potest: est enim haec vera ad peccatum inductio».

⁷ Sanchez, *Decal.*, lib. 3, cap. 8, n. 23, requirit quidem necessitatem aut utilitatem; sed n. 12, quaerens quanta debeat esse hujusmodi necessitas, dicit satis esse quamvis utilitatem ad status decentiam pertinentem; et cum ad status decentiam pertineant communiter actus liciti, communiter etiam hujus necessitatis defectum locum habere dicit n. 17, quando petitur illa pecunia ad actus illicitos. Et Sanchezio consentiunt Valentina, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 5, qu. 21, punct. 4, v. *Dico* 2 et § *Hic autem duo*; Trullench, *Decal.*, lib. 7, cap. 19, dub. 24, n. 3; Bonacina, *disp. 2 de Peccatis*, qu. 4, punct. 2, n. 21; et Angelus, v. *Usura II*, n. 2. — Videntur etiam consentire Molina, tr. 2, disp. 335, n. 4 et seqq.; Tamburinius, loc. cit., n. 66, 67, 72; Salmant., tr. 14, cap. 3, n. 123, et tr. 21, cap. 8, n. 76; et Palaus, tr. 33, disp. 4, punct. 27, n. 4.

⁸ Sporer, *loc. cit.*, n. 48 et 50, negat posse sic cooperari vel inducere alium ad peccatum actione proxime determinata ad peccatum; et ait posse fieri solum actione remote ad peccatum inducente, ad quod requirit adhuc aliquam causam, n. 51, etsi non multum gra-

adest obligatio impediendi peccatum, quod ille aequa certe alias patraret.

Verum dicimus 2^a quod *petens sine gravi causa*, etiam in casu mox posito, non excusatur ab alio peccato *gravi contra virtutem*, ad quam laedendam moraliter inducit proximum. Et hoc, etiamsi daretur casus, quem practice jam diximus moraliter impossibile esse evenire, quod opere externo non augeretur malitia proximi parati ad peccandum. — Ratio, quia sine justa causa nunquam licet cooperari ad actionem objective malam; concurrere enim moraliter, et si permissive, ad actum objective malum sine justa causa, per se semper est malum; prout certum est, quod inducere amentem ad pejerandum, fornicandum, etc., etiamsi ille non peccat, est grave peccatum contra virtutes oppositas: ut communiter dicunt Salmant.¹ et Busenbaum (vide supra, Lib. I, n. 155, ad 4)

¹ Tr. 11, de Legib., cap. 8, n. 49, - Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 10, n. 3. - Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, n. 5. - Pal., tr. 8, disp. 1, punct. 24, § 2, a n. 11. - Sanchez., Decal., lib. 6, cap. 16, n. 8. - ² Tr. 14, de Contract., cap. 3, n. 123; et tr. 1, de Sacram., cap. 8, n. 86. - ³ Decal., lib. 3, cap. 8, n. 22. - Silvest., v. Usura VII, qu. 1. - Molina, tr. 2, disp. 335, num. 4. - Valent., in 2^a 2^{ae}, disp. 5, qu. 21, punct. 4, v. Dico 2^a. - Pal., tr. 38, disp. 4,

vem. — Hurtadus vero absque distinctione docet posse sic induci aliquem ad peccatum, dummodo conset inductionem non esse absolutam, sed ex hypothesi quod velit peccare, disp. 173, sect. 12, § 154; et satis esse causam non adeo gravem, § 161. — Apud Lessium denique id reperire nequivi, quidquid dicat Sporer, qui, n. 47, citat Lessium ex Diana, part. 5, tr. 7, resol. 8, sed falso.

ⁿ) Salmant. et auctores hic allegati dicunt quidem peccare contra religionem, eum qui absque justa causa sacramentum petit a sacerdote peccatore, etsi parato; quod sane eadem ratione extendendum est ad petentem mutuum: peccabit scilicet contra justitiam si

cum Laymann, Bonacina, Palao, Sanchez, Granado, etc. — Hinc eodem modo, petens sine gravi causa mutuum ab usurario, sacramentum a sacerdote peccatore, quamvis parato, peccat non solum contra caritatem, sed etiam contra justitiam aut religionem ²; ut dicunt Salmant.², Sanchez³, cum Silvestro, Molina, Valentia, Palao, Trullench, Villalobos, Bañez, Tapia, apud Salmant.⁴.

Notant autem Sporer⁵, et Pontius⁶ cum Soto et Cajetano⁷, quod ad mutuum licite petendum ab usurario, non requiritur praecisa necessitas; sed sufficit queavis notabilis utilitas, sive ad conservationem, sive ad decentiam status, aut familiae: puta (ut ait Pontius⁸) cum iisdem DD. citatis, si vir nobilis petat mutuum ad exercenda torneamenta cum suis amicis; et alias abstinentia, aliquam notam incureret.

punct. 27, n. 4. - Trull., Decal., lib. 7, cap. 19, dub. 24, n. 8. - Villal., part. 2, tr. 22, diff. 23, n. 3. - Bañez, in 2^a 2^{ae}, qu. 78, art. 4, dub. 3. - Tapia, tom. 2, lib. 5, de Justit., qu. 17, art. 13, num. 4. - ⁴ Tr. 14, cap. 3, num. 123. - ⁵ Decal., tract. 5, cap. 1, num. 75. - ⁶ De Matrim., lib. 5, cap. 18, num. 51. - Sotus, de Justit. et Jure, lib. 6, qu. 1, artic. 5, dub. 1. - Pont., loc. cit., num. 52.

petat sine gravi causa mutuum ab usurario etsi parato.

^o) Cajetanus, in 2^a 2^{ae}, qu. 78, art. 4, requirit utilitatem aliquam: et subdit venialiter peccare, eum qui ita peteret mutuum ab usurario, « propter bonum delectabile » quod veniale foret; unde videtur sentire contrarium, scilicet ne venialiter quidem peccatum, si propter delectabile quocumque licitum, petierit.

^p) Pontius ipse eo sensu explicat sententiam auctorum; sed neque Sotus neque Cajetanus habent id quod addit Pontius, scilicet: et alias abstinentia aliquam notam incureret.

Ad petendum mutuum ab usurario sufficit utilitas.

ARTICULUS II.

AN ET QUANDO SCANDALUM PASSIVUM PERMITTI POSSIT, AUT OB ILLUD VITANDUM ALIQUID OMITTI DEBEAT.

48. Quando scandalum passivum permitti possit. — 49. An sufficiat sola utilitas ad petendum mutuum ab usurario, et sacramenta a ministro excommunicato vel peccatore. — 50. An aliquando teneamus omittere vel differre bona spiritualia, ad vitandum scandalum alterius. — 51. An aliquando teneamus omittere quaedam preecepta. — 52. An dimittere bona temporalia. — An peccet graviter mulier, utens ueste virili. (Vide ibid. alios casus). — 53. An puella decenter ornata teneatur se avertire a conspectu aliquid particularis eam concupituri. — 54. Quid, si se ornat superfluo. — 55. Quid, si putet in genere aliquos scandalizandos. — Et an peccent graviter mulieres, pectus ostendentes. — 56. Quomodo peccent obscoena componentes, aut reprezentantes, aut pingentes. — 57. An licet suadere minus malum, ad maius evitandum. — 58. An aliquando licet permettere ruinam proximi.

Scandalum passivum, quando non possit permitti.

48. — « Resp. I^o. Permitti non potest absque necessitate, vel utilitate propria vel aliena. Ratio est, quia tenemur ex caritate impedire peccata proximi, si facile possimus. — Laymann¹, ex communi.

« Unde resolvitur hic casus:

« Absque causa non licet petere mutuum ab usurario, vel ab infidieli jura-mentum per falsos deos, a concubinario administrationem sacramenti, vel ut celebret: cum enim absque peccato id non sit facturus, cooperareris ejus peccato. — Suarez, Sanchez, Trullench².

49. — « Resp. II^o. Ex causa necessita-tis vel utilitatis, potest permitti. Patet in dicto casu, qui simpliciter sine peccato fieri potest: ideoque licet talia petere ex rationabili causa, etsi alter ex sua malitia sit peccaturus. — Requiritur autem major necessitas, ut permit-tatur scandalum pusillorum, quam pharisaicum. Item major, si plures sint scandalizandi, si timeatur peccatum grave, et denique, si certo praevideatur, quam alias. — Laymann³, Bonacina⁴.

¹ Lib. 2, tr. 8, cap. 13, num. 8. - Suan., de Carit., disp. 10, sect. 3. - Sanchez., Decal., lib. 3, cap. 8, n. 22. - Decal., lib. 1, cap. 6, dub. 5, n. 15. (Cfr. etiam loc. cit. horum auctorum, ad n. 47 supra). - ² Loc. cit., n. 8. - ³ Disp. 2, de Peccat., qu. 4, punct. 2, n. 18 et 19. - Viva,

⁴ idem Navarrus dicit licere ab eo petere sacramenta propter necessitatem « ex parte petentis, quia eget illo, et minister est paratus ». ⁵ Tr. 21, cap. 8, n. 76. - Cajetan., in 2^a 2^{ae}, qu. 78, art. 4. - Navar., Man., cap. 14, n. 39. - Bonac., loc. cit., n. 21. (Cfr. etiam quoad haec notas ad n. 47 supra). - ⁶ L. c., n. 8. - ⁷ Tr. 28, a n. 235. - Lorca, in 2^a 2^{ae}, qu. 43, art. 8, n. 11. - ⁸ Part. 5, tr. 7, resol. 24.

idem Navarrus dicit licere ab eo petere sacramenta propter necessitatem « ex parte petentis, quia eget illo, et minister est paratus ».

^b) S. Thomas, in 2^a 2^{ae}, qu. 78, art. 4, de petitione mutui ab usurario loquitur, de quo pariter disputat Laymann, et est eadem ratio utriusque casus.

Quando debet permitti.

Bona spiritualia non necessaria, quando omitti possint.

« pusillorum: v. gr. ingressus religionis debet differri ob scandalum parentis, si consensus illius brevi speretur. — Laymann¹.

Doct S. Thomas², quod aliquando tenemur differre bona spiritualia non necessaria ad salutem, ob scandalum pusillorum; non vero ob pharisaeum. — Attamen notandum hic est ex Laymann³ cum S. Thoma, quod scandalum pusillorum post monitionem fit pharisaeum. Hinc, quamvis quis debeat differre ingressi religionem ob scandalum propinquorum, si illorum consensus brevi speretur, ut ait Busenbaum; potest tamen recte ingredi, si ipsi pergent resistere: ut Laymann⁴ cum S. Antonino, Paludano, etc. — Sed quoad hoc punctum, vide omnino dicenda. Lib. IV, n. 68.

Et hic praeterea notandum, certum esse, ut dicunt Salmant.⁵, posse filios, inscio patre, religionem ingredi aut clericatum sumere; maxime si sciant patrem ex affectu carnali impediturum: quod regulariter accidit, ut bene advertit Pinamonti⁶. — Hinc docet S. Thomas⁷, quod possunt praetermissio parentum obsequio filii religionem intrare, etiam contra praeceptum parentum. Et dicit⁸ quod filii^{a)} non debent consilium sumere, nisi ab his de quibus speratur, quod prosint et non impedian; ex Eccli. xxxvii, [12, 14 et 15]. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, et cum injusto de justitia; quasi dicat, non. Unde sequitur: Non attendas his in omni consilio, sed cum viro sancto assiduus esto. Atque⁹ affert S. Cyrilum, qui super illa Evangelii (Luc. ix, 61) verba: Permitte mihi remuniri his quae domi sunt, etc., sic loquitur: Communicare proximis..., indicat adhuc... languentem et retrocedentem: propter quod audit a Domino: Nemo mittens manum suam ad

¹ Lib. 2, tr. 3, cap. 18, n. 8. — ² 2^a 2^a, qu. 43, art. 7, corp. — ³ Loc. cit. - S. Thom., loc. cit. — ⁴ Loc. cit. - S. Anton., part. 2, tit. 7, cap. 4, § 5, vers. Quaedam alia. — Palud., in 4, dist. 88, qu. 6, art. 8, concl. 2 (n. 12). — ⁵ Tr. 24, n. 7. — ⁶ Opusc. La vocazione vittoriosa, cap. 3, post princ. — ⁷ 2^a 2^a, qu. 189, art. 6. — ⁸ Loc. cit., art. 10. —

aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei. Aspicit enim retro, qui dilatationem quaerit occasione redeundi domum et cum propinquis conferendi. — Vide alia valde utilia quae dicentur super hoc punto, citato Lib. IV, n. 78.

Tunc tantum filii non liceret ingredi religionem, quando relinquerent parentes in necessitate gravi, vel fratres in extrema; ut Salmant.¹⁰ etc., cum S. Thoma et communi. In dubio tamen an necessitas sit talis, permittitur ingressus; cum in dubio possideat libertas, ut docet Sanchez¹¹. — Vide dicenda dicto Lib. IV, ex n. 66.

51. — « Resp. V^o. Ad vitandum grave scandalum pusillorum, quaedam praecepta impleri non debent: nisi tamen omissionis esset magis damnosa omittenti. — Vide Laymann¹². — Ratio hujus est, quia tunc, concurrente duplice praecepto, scilicet naturali de cavendo scandalo, et positivo, majus et fortius est naturale ».

Quaestio est: an, ad vitandum scandalum proximi, sint omittenda praecepta?

Certum est 1^o quod praecepta quae omitti non possunt sine peccato, haec nunquam praetermittenda sunt ob alterius scandalum; sive sit pharisaeum, ex illius malitia; sive pusillorum, ex ejus infirmitate aut ignorantia. — Hujusmodi sunt praecepta fidei et sacramentorum, quae sunt necessaria ad salutem, ut docet S. Thomas¹³. Item, omnia praecepta naturalia; et quamvis DD. aliqui dicant, aliquando posse omitti praecepta naturalia affirmativa, nempe corrigendi peccatores vel puniendo delinquentes, quando magis timetur damnum, quam speratur fructus; tamen melius dicit Palaus^{a)}, tunc verius in iis casibus ipsa praecepta cessare, et non obligare.

⁹ Loc. cit., qu. 189, art. 10, ad 2. - S. Cyril. Alexandr., in Lucam, cap. ix; cfr. apud Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 72, col. 663. — ¹⁰ Tr. 15, cap. 3, n. 53. — S. Thom., 2^a 2^a, qu. 189, art. 6, corp. — ¹¹ Decal., lib. 4, cap. 20, n. 6. — ¹² Lib. 2, tr. 3, cap. 18, n. 10. — ¹³ 2^a 2^a, qu. 43, art. 7.

50. — a) S. Thomas, in hoc altero textu loquitur, non de filiis familias tantum, sed de omnibus qui religionem ingredi intendent, et consilium ab aliis querunt.

Nec praecepta positiva, propter scandalum pharisaeum.

Certum est 2^o quod alia praecepta positiva nec etiam omitti possunt, si scandalum proximi esset pharisaeum; quia tunc potius daretur illi occasio bona aliorum malitiae impediendi, ut ait Sporer¹, ex D. Thoma².

Dubium autem est: an sint omittenda praecepta positiva, ad scandalum pusillorum vitandum?

Prima sententia probabilis, quam tenent Navarrus³, Vasquez⁴, Palaus⁵ cum Basilio de Leon, et probabilem putat Croix⁶

ac Tamburinius⁷, negat: quia praecepta etiam positiva et humana non cessant obligare, quando scandalum non est datum, sed acceptum; magis enim tunc obstringit obligatio implendi praecepta tibi injuncta, quam vitandi omissionem praecepti alteri impositi. — Affirmat vero secunda sententia probabilior, quam tenent cum Busenbaum, Laymann⁸, qui vocat communem, Canus^{b)}, Suarez⁹, Continuator Tournely¹⁰, Roncaglia¹¹, Sporer¹², et Salmant.¹³ cum Valentia, Silvestro^{b)}, Bañez, Ledesma, Hurtado, Medina^{b)}, Gordon et Lorca^{b)}. Citant etiam Salmant. S. Thomam¹⁴; sed revera S. Doctor ibi non loquitur de praeceptis, sed de bonis spiritualibus, pro quibus verius intelligenda sunt consilia. Ratio hujus sententiae est, quia praeceptum generale de vitando scandalo proximi, cum sit naturale, praeferendum est praeceptis positivis.

¹ Tr. 5, cap. 1, num. 30. — ² 2^a 2^a, qu. 43, art. 7. — ³ Man., cap. 14, n. 44, v. Vigesimo septimo. — ⁴ Opusc. de Scandal., art. 8, dub. 1, n. 4. — ⁵ Tr. 6, disp. 6, punct. 16, n. 3. - Basil. de Leon (Pontius), de Matrim., lib. 5, cap. 18, n. 7. — ⁶ Lib. 2, n. 244. — ⁷ Decal., lib. 4, cap. 2, § 2, n. 8. — ⁸ Lib. 2, tr. 3, cap. 18, num. 10. — ⁹ De Carit., disp. 10, sect. 3, n. 9 et 10. — ¹⁰ De Carit., sect. 7, punct. 1, § 3, concl. 1, v. Dixi. — ¹¹ Tr. 6, qu. 3, cap. 6, quer. 7, resp. 2. — ¹² Tr. 5, cap. 1, n. 29. — ¹³ Tr. 21, cap. 8, n. 87. — ¹⁴ Valent., in 2^a 2^a, disp. 3, qu. 18, punct. 4, vers. Porro ex hac regula et seqq. - Bañez, in 2^a 2^a, qu. 43, art. 8, concil. 2 et 4. - Petr. Ledesma, Summa (in 2^a 2^a), tr. 4; cap. 5, post concl. 9, v. Dico 2^a et Dico 4^a. - Petr. Hurtado, de Carit., disp. 178, sect. 20, § 264. - Gordon, Theol. mor., lib. 6, qu. 16, n. 14. — ¹⁵ 2^a 2^a, qu. 43, art. 7. — ¹⁶ Loc. cit., n. 10. — ¹⁷ Loc. cit. — ¹⁸ Loc. cit., n. 29. - Illsing, tr. 3, n. 111. — ¹⁹ Part. 5, tr. 7, resol. 24. - S. Thom., 2^a 2^a, qu. 43, art. 8. — ²⁰ Loc. cit. — ²¹ Tr. 6, disp. 6, punct. 17. — ²² Decal., lib. 1, cap. 7, n. 11. — ²³ Tr. 5, cap. 1, n. 32.

At quia magnum esset incommodum mulieris, si ipsa, ob scandalum alterius, ad longum tempus abstinere a Missa teneretur; ideo valde probabiliter dicunt Laymann¹⁵, Continuator Tournely¹⁶ et Sporer¹⁷, quod illa ad hoc non tenetur, nisi pro una vel altera vice. — Imo tenet Elbel^{c)} cum Illsing aliisque pluribus, bene posse illam semel vel iterum omittere sacram; sed ad hoc non teneri, cum accidat scandalum omnino ex alterius malitia.

« Ex dictis resolvuntur hi casus:

52. — « 1^o. Praelati ecclesiastici non tenentur (imo nec possunt) ea, quae ad bona Ecclesiae conservanda sunt necessaria, v. gr. lites, etc., omittere ad vietanda scandala pharisaeica, imo etiam pusillorum: etsi his prius redi debeat ratio rectitudinis^{a)}. — Diana¹⁸, ex S. Thoma, etc. ».

Quaeritur: an, ad vitandum scandalum, sint dimittenda bona temporalia?

Distinguit D. Thomas¹⁹, et docet quod si bona sint propria, tunc vel totaliter dimittenda sunt..., vel aliter scandalum seandandum, scilicet per aliquam admonitionem.

Nam, facta monitione de veritate iustitiae, scandalum evadit pharisaeum, de quo nihil amplius curandum; ut docet idem D. Thomas²⁰. — Imo dicunt Palaus²¹, Sanchez²², et Sporer²³ cum Suarez^{b)},

Limitatio.

Bona Ecclesiae conservanda, non obstante scandalo.

Bona propria non dimittenda propter scandalum.

rem « ad una saltem alterave vice omittendum sacram, in ordine ad impediendum proximi peccatum ».

52. — a) Nec Diana nec S. Thomas hanc ultimam conditionem apponunt; quin immo Diana loqui videtur de pharisaeo scandalo.

b) Suarez, de Carit., disp. 10, sect. 3, n. 10, dicit ea bona esse propter scandalum praetermittenda, solum juxta regulas positas de ordine caritatis; et disp. 9, sect. 2, quaerens: « an homo debeat proximo potius in spiritualibus subvenire, quam sibi in corporalibus ».

Diana^{c)}, etc., nunquam esse obligacionem gravem, pati magnam jacturam in bonis propriis, ne proximus patiatur scandalum, etiam ex infirmitate. Ratio, quia caritas erga proximum non obligat cum tanto incommode.

Multo mi-
nus bona
commissa.

Limitatio.

In hoc pen-
sanda circu-
mstantiae.

Hoc tanto magis procedit, si bona sint commissa ad conservandum; ut bona Ecclesiae committuntur praelatis, et similia: ipsa enim nec etiam possunt dimitti propter scandalum alterius, uti possunt dimitti bona privata. Quamvis, ut monent recte Laymann¹⁾ cum S. Antonino^{d)} et Paludano^{e)}, ac Sporer^{f)}, etiam pro iis differri debet exactio, donec instruantur debitores de sua obligatione. Imo dicunt S. Antoninus^{g)}, Cajetanus et Valentia^{h)} apud Laymannⁱ⁾, quod si adhuc post motionem populi scandalum nec etiam cesseret, et magna immineat fructus spirituallis jactura; tunc melius se geret praelatus, si procuret Ecclesiae assensum, ut debitum remittatur. — Attamen bene ait Laymann, in hoc pensandas esse circumstantias tam bonorum dimittendorum, quam scandali eventuri, et ne forte ex remissione malitia debitorum magis augatur. Nam S. Thomas^{k)} de eo casu sic loquitur: *Propter eos qui sic scandala [pharisaeorum] concitant, non sunt temporalia dimittenda; quia hoc et noceret bono communi: daretur enim malis rapendi occasio; et noceret rapientibus, qui retinendo aliena, in peccato remanerent.*

¹⁾ Lib. 2, tr. 8, cap. 18, n. 9. — ²⁾ Loc. cit., n. 32. — *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 48, art. 8. — ³⁾ Loc. cit., n. 9. — *Laym.*, loc. cit. — ⁴⁾ 2^{am} 2^{ae}, qu. 48, art. 8. — *S. Thom.*, 2^{am} 2^{ae}, qu. 169, art. 2, ad 3. — *Silvius*, in 2^{am} 2^{ae}, loc. cit. — ⁵⁾ Lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 11. — *Silvius*, loc. cit. — ⁶⁾ De 6^o Decal. praec,

bus», respondet, n. 5: « In gravi necessitate proximi obligat caritas, etiam postposita aliqua necessitate corporali propria, seu cum aliquo damno corporali proprio...; quia gravis necessitas in rebus spiritualibus est gravis momenti; ergo secundum ordinem caritatis, preferenda est in proximo alicui gravi damno temporali proprio. Oportet autem ad talem obligationem comparare gravitatem necessitatis spiritualis cum gravitate damni temporalis; quod certe non potest definiri in universalis: sed in particulari prudenter judicandum est, servata rerum proportione ».

^{c)} Diana, part. 5, tr. 7, resol. 24, dumtaxat refert hanc opinionem ex Lorca.

« 2^o. Si foemina utatur veste virili, vel contra, tantum ex levitate, sine prava intentione, aut periculo scandali et libidinis, veniale tantum erit; alias mortale; nullum vero, si ex necessitate. — *Diana f)* ex S. Thoma, Silvio ».

Si mulier utatur veste virili, ex se non est peccatum grave; sed posset grave esse, ex circumstantiis periculi libidinis vel scandali: ut Laymann⁵⁾, Silvius apud Continuatorem Tournely⁶⁾, et Salmant.⁷⁾ Et hoc indicat S. Thomas⁸⁾, ubi: *De se vi-
tiosum est, quod mulier utatur veste vi-
rili, aut e converso: et praecipue, quia hoc
potest esse causa lasciviae: et specialiter
prohibetur in Lege* (Deut. xxii, 5), *quia
gentiles tali mutatione habitus utebantur
ad idolatriae superstitionem. Potest ta-
men quandoque hoc fieri sine peccato, pro-
pter aliquam necessitatem, vel causa se
occultandi ab hostibus, vel propter defec-
tum alterius vestimenti, vel propter ali-
quid aliud hujusmodi.* — Secus autem est tantum veniale; et aliquando nullum, si adsit justa causa, v. gr. ad se occultandum: ut docet D. Thomas⁹⁾, et Laymann¹⁰⁾ cum Navarro et Cajetano, qui dicit praecipuum Deut. cap. xxii, prout coheremone, jam cessasse.

« 3^o. Peccatum, ex quo confessarium in confessione (ex infirmitate tamen) grave; viter scandalizandum nosti, debes retinere. — Laymann¹¹⁾ ex Navarro, etc.

« 4^o. Uxor semel vel iterum debet omittire jejunium, ex quo maritus gra-

art. 7, sect. 3, qu. 3. — ⁷⁾ Tr. 21, cap. 8, n. 62. — ⁸⁾ Loc. cit. — ⁹⁾ Loc. cit. — ¹⁰⁾ Loc. cit. - *Navar.*, Man., cap. 23, num. 22. — *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 169, artic. 2, ad 2 dub. — ¹¹⁾ Loc. cit., num. 10. - *Navar.*, Man., cap. 7, num. 4.

^{d)} S. Antoninus, part. 2, tit. 7, cap. 4, § 6; Paludanus, in 4, dist. 38, qu. 6, art. 3, concl. 3 (n. 13), non de bonis Ecclesiae solum, sed de quibuscumque bonis loquuntur.

^{e)} S. Antoninus, loc. cit., dicit licitum et justum videri bona Ecclesiae in eo casu non repetrere. — Valentia, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 3, qu. 18, punct. 4, regula 4, dicta Cajetani approbat, quod scilicet si princeps aliquis potius populum ad infidelitatem duceret, quam sufferret exigi a se rapta ab Ecclesia vel ab alio principe; tunc dimittenda essent temporalia propter populi salutem.

^{f)} Scilicet: S. Thomas et Silvius apud Dianam, part. 5, tr. 7, resol. 32.

Foemina
utens veste
virili, quo-
modo pec-
cat.

Mulier quae
concupisci-
tur, quid vi-
tare debeat.

Aliqui ca-
sus scandali
mis-
tandi.

« viter offendetur, et orietur discordia. Ibid. 8).

5^o. Si, ituro te ad sacrum die festo, « excitanda sit gravis rixa vel caedes non « teneris ire¹⁾.

« 6^o. Superior peccata subditi saepe « potest dissimulare, ad vitandas turbas « et majora mala, quae alioqui teneretur « punire ».

53. — « 7^o. Mulier quae scit in se vel « in sui aspectu aliquem in particulari « scandalizandum, mortaliter peccat, si « data opera ei se conspiendam oferat: « adeoque potest et debet, non tantum « publico, sed etiam sacro abstinere die « festo semel aut iterum, ad peccatum « illud evitandum. — Dixi 1^o aliquem in « particulari; quia ob timorem scandali « alicujus ex communitate in genere, vel « etiam plurium, abstinere nimis esset dif- « ficile, et plenum scrupulis. Dixi 2^o se- « mel aut iterum: quia saepe nimis esset « grave et durum. — Bonacina^{a)}, San- « chez^{b)}, Laymann^{c)} et alii. Vide Diana^{d)}, « ubi in contrarium citat aliquot auctores, « negantes obligationem praetermittendi « rem praceptam, ad evitandum aliorum « scandalum ».

Si ergo agitur de omittendis rebus praceptis, nempe Missa a puella, ne se

¹⁾ Laym., lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 10. — ²⁾ Loc. cit., vers. Ad probationem. — ³⁾ Part. 5, tr. 7, resol. 21 et 22. — ⁴⁾ Decal., lib. 4, cap. 2, § 2, n. 8. - *S. Anton.*, part. 2, tit. 7, cap. 4, § 4. - *Silvest.*, v. *Scandalum*, qu. 2. - *Navar.*, Man., cap. 14, n. 30. - *Azor.*, part. 2, lib. 12, cap. ult., qu. 12. — ⁵⁾ Decal., lib. 1, cap. 6, n. 16. — ⁶⁾ In 2^{am} 2^{ae}, qu. 154, art. 4, v. f.; et qu. 169, art. 2, ad 5 dub. — ⁷⁾ Loc. cit., n. 17. — ⁸⁾ Decal., tr. 5, cap. 1, n. 34 et 35. — ⁹⁾ Tr. 21, cap. 8, n. 59 et 60

offerat conspectui juvenis, a quo scit turpiter concupisci; juxta secundam sententiam relatam n. 51, debet ipsa semel et iterum omittere sacrum. — Sed probabi liter etiam (juxta aliam primam sententiam ibidem allatam), ut ait Tamburinius⁴⁾, bene posset; imo teneretur, non obstante scandalum illius, ecclesiam ad sacrum audiendum.

Si vero agatur de re non pracepta, quaeritur: *an peccet mortaliter puella, ad conspicendum se praebens conspectui viri scandalum passuri?*

Affirmant cum Busenbaum, S. Antoninus, Silvester, Navarrus, Azor, etc. apud Sanchez⁵⁾; qui asserit hoc esse commune, quando illa se offert, nullam aliam causam habens rationabilem, puta invisendi amicas, eundi ad ecclesiam, etc. — Sed valde probabiliter negant peccare graviter, Cajetanus⁶⁾, Sanchez⁷⁾ cum Navarro⁸⁾, Medina⁹⁾ et Azor¹⁰⁾; item Sporer⁸⁾ cum Armilla¹¹⁾ et Palacios¹²⁾, Lessius¹³⁾, Salmant.¹⁴⁾; et probabile putat Croix¹⁵⁾ cum Bonacina¹⁶⁾ et Diana¹⁷⁾. Sufficit enim, ut dicunt, ad eam excusandam saltem a mortali, causa ne ipsa sua libertate privetur: cum ex una parte, hoc scandalum non est datum, sed acceptum ex malitia viri; et ex alia vice, esset res valde incommoda mulieri, et

Probabiliter
non debet.

Valde pro-
babiliter
non tenetur
domi manere.

^{g)} Laymann, loc. cit., n. 10, dicit uxorem eo casu posse jejunium praceptum intermittere. Satis tamen significat etiam ad hoc teneri; in probatione enim scribit: « Concurrente duplice pracepto, uno legis naturalis de impediente spirituali ruina proximi, altero positivo de jejunando..., majus et fortius est naturale ». Quod tamen non semper teneatur, innuit, negans bona spiritualia necessario esse differenda, dum durat (seu toto tempore quo durat) periculum scandali passivi.

53. — ^{a)} Bonacina, disp. 2 de Pecc., qu. 4, punct. 2, § unic., n. 27; et de Matrim., qu. 4, punct. 9, n. 17; Sanchez, Decal., lib. 1, cap. 6, n. 16 et 17, non dicunt abstinentiam esse a sacro die festo, propter hujusmodi scandalum.

^{b)} Navarrus, loc. cit.; Medina, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 74, art. 6, ad 3; et Azor, loc. cit., pro prima sententia adducuntur a Sanchez; et revera eam tenent eodem sensu quo ceteri auctores allegati, scilicet: nisi adsit justa causa.

^{c)} Armilla citatur quidem a Sanchez pro secunda sententia, sed male; nam auctor, v. *Scandalum*, n. 3, priorem sententiam tenet. — Sed Paulus de Palacios, Sum. Cajet., v. *Scandalum*, Annot., in princ., affert sententiam quae ait pulcrum mulierem posse e domo exire, quamvis sciat se a multis turpiter concupiscendam. Et quaerens utrum hoc sit licitum, respondet, in universum negans peccare illum, qui ponit opus quod nulla ratione possit culpari, et quod judicio boni et prudentis bonum videatur, quamvis alii ex eodem scandalum sumant.

^{d)} Lessius, lib. 4, cap. 4, n. 113, loquitur de casu simili, nempe de ornatu mulierum.

^{e)} Croix, lib. 2, n. 247 cum 244, hanc sententiam probabilem ipse appellat; sed Bonacina eam absolute tuetur, de Matr., qu. 4, punct. 9, n. 17; et de Legib., disp. 2, qu. 4, punct. 2, n. 27. Sed Diana, part. 2, tr. 15, resol. 30, eidem adhaeret ut « probabiliori ».

scrupulis obnoxia, si expendere deberet semper, an habeat justam causam egrediendi vel non.

Nisi ex vanitate e
xiret.

Vitare tenetur, si
commodo potest.

Sed non ad longum
tempus.

Tenetur ad breve tem-
pus ornatum dimi-
tere.

Nequirem autem (ut bene ajunt Paulus¹, Sanchez² et Sporer³), illam excusare a mortali, si ipsa, ex vanitate ducta, etsi scandalum illius viri non intendat, data opera ejus aspectui se offerret. Hinc recte dicunt Sporer⁴, et Diana⁵ cum Hurtado, teneri mulierem sub gravi scandalum viri determinati vitare, si posset commode aliam ecclesiam adire, per aliam viam progredi, a fenestra abstinere, et similia. Hoc tamen non intelligendum ad longum tempus; sed tantum pro una vel altera vice, donec alter advertere possit se fugi ab illa: ut diximus dicto n. 51, *in fine*, et asserit Sporer⁶, dicens in hoc omnes consentire. — Nequirem etiam mulierem a mortali excusare, si illa peteret aliquem locum, quem non adiret, nisi sciret ibi amasium adesse; ut recte adver-
tit Sporer⁷.

« 8. Mulier, quae ex ornatu, etiam con- « veniente suo statui, probabiliter pree- « videt aliquem in particulari lapsurum « mortaliter, tenetur ad breve tempus « eum dimittere, aut talis conspectum « fugere. Dixa: *ad breve tempus*; quia ad « longum, nimis illi grave foret. — Vide « Diana⁸. »

Salmant.⁹ cum Cajetano, Trullench¹⁰, Palao, Navarro, etc., asserunt, nullo modo peccare mulierem se ornantem juxta suam conditionem; si hoc faciat ad placendum viro suo vel ut sponsum inveniat, ut docet etiam S. Thomas¹¹; vel tantum ne sua libertate privetur: Salmant.¹² — Sed hoc semper intelligendum ad diuturnum tempus; alias tenetur saltem bis vel semel abstinere a conspectu juvenis concupituri, juxta mox dicta.

¹ Tr. 6, disp. 6, punct. 7, n. 4. — ² Loc. cit., n. 17. — ³ Decal., tr. 5, cap. 1, n. 35. — ⁴ Loc. cit., n. 36. — ⁵ Part. 5, tr. 7, resol. 31, v. *Sed ego*. — *Petr. Hurt.*, de Carit., disp. 173, sect. 81, § 404. — ⁶ Loc. cit., n. 37. — ⁷ Loc. cit., n. 35. — ⁸ Loc. cit. — ⁹ Tr. 21, cap. 8, n. 59. — *Cajetan.*, in 2^{ma} 2^{ra}, qu. 169, art. 2, ad 5 dub. — ¹⁰ *Pal.*, tr. 6, disp. 6, punct. 7, n. 1. — *Navar.*, Man., cap. 23, n. 18. — ¹¹ 2^{ma} 2^{ra}, qu. 169, art. 2. —

¹⁰ Trullench, lib. 1, cap. 6, dub. 5, n. 20, non loquitur de praesenti casu, sed de alio, de puella nempe sese offerenti conspectui alicujus viri, a quo se turpiter amari novit.

54. — « 9°. Si vero idem timeretur in particuli ex ornatu superfluo, vano et inconvenienti (quem assumere vanitatis et placendi causa, ut videantur pulcrae, et procum facilius inveniant, seclusis aliis, non nisi veniale est), teneretur eum omnino dimittere, etiam sub mortali:

Maxime ornatum superfluum.

« quia nullum habet jus ad illum ornatum; et ex altera parte tenetur vitare peccatum alterius, quando commode potest. Vide Silvestrum¹². [Idem recte sentiunt Salmant.¹³ ac Laymann¹⁴. Lessius autem¹⁵ censet, tantum per breve tempus foeminam teneri abstinere ab illo superfluo ornatu. Nota autem hic quod docet S. Thomas¹⁶, ubi dicit, mulieres appetentes placere viris ex vanitate, quandoque peccare tantum venialiter. Alibi vero S. Doctor¹⁷ sic ait: *Simplex ornatus..., servata recta intentione, consuetudine patriae et conditione status, non est peccatum. De fucato autem semper est peccatum; mulieribus enim non permittitur ornari, nisi propter viros, et viri nolunt decipi, ut fucatae eis appareant.*] — « Alii tamen, ut Cajetanus et Navarrus¹⁸, videntur docere, eam tantum teneri sub veniali (sed minus probabiliter, quando in particulari lapsus preevidetur, et brevi tempore abstinentum est): qui etiam cum Azor, Lessio et Bonacina excusant a mortali eas, quae ex consuetudine loci media ubera detegunt, fuco, pigmentis, alienis crinibus utuntur: dummodo non aliorum lasciviam, sed tantum majorum pulcritudinis ornatum intendant, absque alio fine mortali, aut lege particulari, id sub mortali prohibente. Adiunt tamen, fore grave et mortale peccatum, hujuscemodi morem detegendi pectus vel tenuiter tantum tegendi, ubi non est, introducere. Navarrus¹⁹,

Quid, si preevideat scandalizandos in genere.

« Lessius¹, Laymann², etc. Vide Bonacina³.

55. — « 10°. Si mulier, non in particula- lari, sed in genere tantum aliquos in se scandalizandos putet, modo eorum la- sciviam non intendat, nec ei placeat (licet ei placeat quod laudetur ut forma mosa), non videtur teneri abstinere ab illo ornatu, etiam superfluo, sub mortali, v. gr. fucando faciem, imo etiam denudando ex communi consuetudine pectus: nisi tamen denudatio vel ornatu esset valde turpis per se, ac directe ad libidinem provocans. Ratio est, tum quia est scandalum potius acceptum, quam datum, et ornatu ille ac pulcritudo re mote tantum ad peccatum provocat, ut docent Laymann et Bonacina; tum quia nimis grave esset isti sexui, praesertim si maritum quaerant, perpetuo sic abstinerere, cum illa occasio sit universalis et perpetua; nec formosiores unquam licite irent foras, cum pulcritudo naturalis plus noceat, quam artificialis. Plura de hac re vide apud Diana⁴, Baldellum⁵. In terim, feminam nudum pectus gerent non mala intentione, etsi quidam excusent a mortali, ego tamen, inquit Sà, difficile absolverem. Et certum est, quod confessario incumbat hujusmodi ornatum dissuadere, et detergere ab eo. Vide Sà⁶, etc. ».

Quaeritur: *an peccent graviter mulieres, ad sui ornatum ubera ostendentes?*

Mos denudandi ube-
ra.

Acriter invehunt contra hunc morem Natalis Alexander⁷ et Roncaglia⁸, dicentes, hoc per se esse peccatum mortale, quia per se aliis grave scandalum affert; et hoc probari inquit ex SS. Patribus, qui hujusmodi consuetudinem magnopere crepant. — Cum ego munus concionato-

¹ Loc. cit., n. 112. — ² Loc. cit. — ³ Loc. cit. — *Laym.*, loc. cit., sub vi. — *Bonac.*, loc. cit., n. 17. — ⁴ Part. 2, tr. 15, resol. 30. — ⁵ *De Vititis et Peccat.*, lib. 3, disp. 5, n. 13 et seqq. — *Sà*, v. *Ornatus*, n. 2. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ *Theol. mor.*, lib. 4, cap. 7, art. 5, reg. 8. — ⁸ Tr. 6, qu. 8, cap. 6, quær. 5, resp. 3. — *Navar.*, Man., cap. 23, n. 19. — *Cajetan.*, in 2^{ma} 2^{ra}, qu. 169, art. 2, ad 1^{ma} dub. — *Less.*, lib. 4, cap. 4, n. 112. — *Laym.*, lib. 2, tr. 3, cap. 18, n. 11. — *Bonac.*, de

ris gessi, plures etiam hunc perniciosum usum fortiter conatus sum exprobrare; sed cum hic officium agam scriptoris de scientia morali, oportet ut dicam quod iuxta veritatem sentio, et quod a DD. didici.

Non nego 1° quod illae feminae, quae hunc morem alicubi introducerent, sane Introducio hujus moris mortalis.

Non nego 2° quod denudatio pectoris posset esse ita immoderata, ut per se non posset excusari a scandalo gravi, tamquam valde ad lasciviam provocans; uti bene ait Sporer⁹.

Dico vero 3° quod si denudatio non esset taliter immoderata, et alicubi adesset consuetudo, ut mulieres sic incederent, esset quidem exprobranda, sed non omnino damnanda de peccato mortali. — Id tenent communissime Navarrus, Cajetanus, Lessius, Laymann, Bonacina, Salmant. et alii plurimi. Navarrus⁸ sic ait: *Neque etiam feminae mortaliter peccant ostentantes pectora nuda, quo pulciores videantur, absque alia mala intentione mortali..., quia id nullo jure naturali, divino aut humano, saltum ad mortale obligante, vetatur.* Idem dicit Cajetanus¹⁰, qui sic ait: *Pectus a mulieribus decoris gratia nudum alicubi defertur:... quod... juxta patriae morem, non est secundum se mortale.* Idem docet Lessius¹¹, dicens: *Postest... esse peccatum mortiferum..., si... pudenda non satis tegerentur... Secus est in nudando pectore; ut Cajetanus, Fumus et Navarrus: nam pars illa honesta censetur; nec natura aut pudor humanus postulat illam absolute tegi.* Grave tamen peccatum esset, hujusmodi morem introducere. Sententiam hanc dicit esse communem Laymann¹². Idem censent Azor¹³, Sanchez¹⁴, Bonacina¹⁴, et Salmant.¹⁵ cum

Matrim., qu. 4, punct. 9, num. 23. — *Salmant.*, tract. 21, cap. 8, num. 61. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ In 2^{ma} 2^{ra}, qu. 169, artic. 2, ad 1^{ma} dub., v. *Secundo*. — ¹¹ Lib. 4, cap. 4, ex num. 112. — *Cajetan.*, loc. cit. — *Fumus*, v. *Ornatus*, num. 1, v. *Quarto*. — *Navar.*, loc. cit. — ¹² Lib. 2, tract. 3, cap. 13, num. 11. — ¹³ Part. 2, lib. 12, cap. 18, quær. 13. — ¹⁴ *De Matrim.*, qu. 4, punct. 9, num. 23. — ¹⁵ Tract. 26, cap. 3, num. 16.

¹⁰ Trullench, lib. 1, cap. 6, dub. 5, n. 20, haec utique habet; sed non loquitur de illis mulieribus, quae ejusmodi consuetudinem quopiam introducerent.

55. — ^a) Sporer, tr. 5, cap. 1, n. 39, haec dicit de iis mulieribus, quae talem usum introducunt.

^b) Apud Sanchez, in *Decal.*, lib. 1, cap. 6, n. 7, praesentem quaestionem reperi nequivi.

Denudatio immo-
derata, morta-
lis.

Moderata denudatio,
increpanda,
sed non
mortalis.

Silvestro, Filiuccio, etc. (contra S. Antoninum, Rosella ^{c)} et Elizalde): quia (dicunt) pectus non est pars vehementer provocans ad lasciviam.

Videtur etiam huic adhaerere S. Thomas ¹, ubi, loquens de ornatu superfluo mulierum (ut patet ex tertia objectione), sic ait ²: *Et si quidem hac intentione se ornent, ut alios provocent ad concupiscentiam, mortaliter peccant. Si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitate propter factantiam quadam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale*. Deinde addit: *In quo tamen casu possent aliquae excusari, quando hoc non fieret ex aliqua vanitate, sed propter contrariam consuetudinem: quamvis talis consuetudo non sit laudabilis*. — Deridet autem Roncaglia hanc rationem consuetudinis excusantis, dicens: *Potestne quaecumque... consuetudo dare jus ad id quod aliis de sua natura praebet gravem peccandi occasionem?* Sed immerito deridet. Nam patet, quod consuetudo sic incedendi, non quidem dat jus ad id quod est contra jus naturale, sed bene diminuit vim concupiscentiae. Ubi enim non est mos, majus scandalum dabunt illae mulieres, quae brachia aut crura ostendunt, quam eae quae pectus (modo denudatio sit moderata), ubi talis viget consuetudo; quia assuefactio efficit, ut viri ex tali visu minus moveantur ad concupiscentiam, prout experientia constat. SS. autem Patres aut modo concionatorio sunt locuti, vel de usu immoderato, ut diximus. Tandem idem Roncaglia ³ concedit, modicam discooperitionem pectoris excusare a peccato gravi. Et idem docet doctissimus Silvius ⁴.

Caeterum non dubito, quod sententia, ut supra relata, cum magna discretione oportet ut prudens confessarius utatur, ne indulget nimiae mulierum licentiae, quae libidinem involvet, cum pie viventem.

Silvest., v. *Ornatus*, quaer. 7; et v. *Occasio*. - *Fill.*, tr. 30, cap. 10, n. 220. - *S. Anton.*, part. 2, tit. 4, cap. 5, § 3. - *Elizalde*, part. 3, lib. 8, qu. 18, § 9, v. *Expono*. — ¹ ² ³ ⁴ *Loc. cit.*, corp. - *Roncaglia*, tr. 6, qu. 3, cap. 6, qu. 5, resp. 3, v. *Ex dictis*, — ³ *Loc. cit.*, resp. 3, i. f. — ⁴ In ² ³ ⁴, qu. 169, art. 2, v. *Circa*

Consuetudo excusat.

Non nimis indulgentia huic mori.

tes non sic incedant. Bene enim Croix ⁵ cum Elizalde advertit, quod ejusmodi feminae, denudatione pectoris, non raro quaerunt inhoneste appeti a viris, ut illos sibi irretiant et captivent; et hanc ob causam recte putat Elizalde, plures feminas damnationem pati. — Hinc non dubito, quod hujusmodi indecens mos enixe a praedicatoribus et confessariis, quantum fieri potest, coercendus est et extirpandus.

Audiatur id quod docet D. Antoninus ⁶, ubi, quamvis detestetur enixe usum mulierum ostendendi ubera, quando talis usus esset valde immoderatus, prout refert adesse in partibus Rheni, his verbis: *Si enim de usu patriae est, ut mulieres deferant vestes versus collum scissas... usque ad ostensionem... mammilarum, ut in partibus Rheni, valde turpis et impudicus est talis usus, et ideo non servandus; attamen* ⁷ *addit: Si enim mulier ornnet se secundum decentiam sui status et morem patriae, et non sit ibi multis excessus, et ex hoc aspicientes rapiantur ad concupiscentiam ejus, erit ibi occasio potius accepta, quam data; unde non mulieri, sed ei soli qui ruit... imputabitur ad... mortale... Poterit autem esse tantus excessus, quod erit ibi occasio etiam data.* Sic denique concludit: *Ex praedictis igitur videtur dicendum, quod ubi in hujusmodi ornatibus confessor invenit clare et indubitanter mortale, talem non absolvat, nisi proponat abstinere a tali crimine... Si vero non potest clare percipere utrum sit mortale, non videtur tunc praecipitanda sententia (ut dicit Gulielmus Speculator in quadam simili), ut scilicet de- neget propter hoc absolutionem, vel illi faciat conscientiam de mortali; quia, faciendo postea contra illud, etiam si illud in se non esset mortale, ei erit mortale: quia omne quod fit contra conscientiam, aedificat ad gehennam* ⁸. Et cum prom-

⁵ Lib. 2, n. 248. - *Elizalde*, part. 3, lib. 8, qu. 13, § 9, v. *Haud sane*. - *Elizalde*, loc. cit. — ⁶ Part. 2, tit. 4, cap. 5, § 3. — ⁷ Loc. cit., § 8, v. *Inquantum*, et v. *Ex praedictis*. - *Gulielmus Durand.*, *Specul. jur.*, lib. 2, partic. 3, § 5, *Qualiter*, n. 7. — ⁸ Caus. 28, qu. 1, V pars, v. *Ex his*, post can. *Omnis 14*.

vestimenta portant, quod pectus et mamillas totaliter ostendunt».

Quin etiam mos increpandus.

ptiora sint jura ad solvendum quam ligandum ¹, et melius sit Domino reddere rationem de nimia misericordia, quam de nimia severitate, ut dicit Chrysostomus ²; potius videtur absolwendum, et divino examini dimittendum. Fateor tamen, quod et praedicatorum in praedicando, et confessores in audiencia confessionum debent talia detestari..., et persuadere ad dimittendum, cum sint nimia et excessiva..., non tamen ita indistincte asserere esse mortalia.

56. - « 1^o. Peccant etiam graviter, qui « componunt, describunt, repreäsentant « vel pingunt turpia, et ad libidinem provocantia. — Bonacina, Sanchez et Filii liuccius ».

Comoediae
valde tur-
pes, grave
peccatum.

Procul dubio componentes, sive repreäsentantes comoedias valde turpes excusari non possunt a peccato gravi. Sanchez ³ cum S. Antonino, Angelo, Silvestro, etc. Et ob quodcumque lucrum, ut Tamburinius ⁴.

Item pin-
gere velex-
ponere ima-
gines ob-
scenae.

Pariter graviter peccant pingentes, sive exponentes publice imagines obscenae, scilicet, detectis pudendis, sive tenui velo cooperitis; ut Salmant. ⁴ cum Sanchez et Trullench. — Secus, si detectis aliis partibus, pudenda tegantur. Salmant. ⁵ cum Cajetano, Soto, Palao ^{a)}, Bonacina, etc., et probabilem putat Croix ¹⁰. — Hinc docet idem Sanchez ¹¹ cum Cajetano ^{b)}, Soto ^{b)}, Covarruvias ^{b)}, Valentia ^{b)}, parato aliquem

¹ Can. *Ponderet* 14, dist. 50. — ² Opus imperf., homil. 43, ad cap. xxiii Matth. (inter opera spuria S. Chrysost.) Cfr. can. *Alitant* 12, caus. 26, qu. 7. - *Bonac.*, de Matrim., qu. 4, punct. 9, n. 23. - *Sanct.*, de Matrim., lib. 9, disp. 46, n. 41 et seqq. - *Fill.*, tr. 30, n. 210 et 211. — ³ Loc. cit., n. 41. - *S. Anton.*, part. 2, tit. 3, cap. 7, § 5. - *Angel.*, v. *Ludus*, n. 3. - *Silvest.*, v. *Ludus*, qu. 3. — ⁴ Tr. 21, cap. 8, n. 64. - *Sanct.*, loc. cit., n. 43. - *Trull.*, *Decal.*, lib. 6, dub. 12, n. 13. — ⁵ Loc. cit., n. 64. - *Turrian.*, *Select. disput.*, centur. 4, dub. 18. - *Diana*, part. 11, tr. 4, resol. 33. — ⁶ Lib. 2, tr. 3, cap. 18, n. 7. - *Azor*, part. 2, lib. 12, cap. 16, quær. 8, v. *Sexto*. - *Laym.*, loc. cit., n. 7, v. *Verum*. -

56. - ^{a)} Tamburinius, *Decal.*, lib. 7, cap. 8, § 5, n. 1, cum lib. 5, cap. 1, § 4, n. 28, negat quidem lucrum quodcumque excusare. Sed, cit. lib. 5, loc. cit., suam sententiam his verbis limitat: « Si... tanta [esset] pictoris vel histrionis necessitas, ut eo lucro indigeret ad victimum vel quid simile, non recusarem semel aut iterum licere, (sed sine periculo morali suae impuriae delectationis; quod cavere, maxime in histrione turpium, proh! quam difficile est), donec alia vivendi ratio diligenter conquirenter non aperitur ».

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. I.

Prima sententia negat, prout tenet Laymann ⁶ cum Azor et aliis. Ratio, quia comparativum non tollit positivum; unde qui suadet minus malum, vere malum suadet. — Limitat vero Laymann cum Azor, nisi malum illud sit virtualiter inclusum in illo alio majori. Sic, parato aliquem occidere, potes suadere ut manum tantum amputet, eidem tamen, non alteri designato; sic etiam volenti adulterari, potes suadere fornicationem cum soluta in generali, non autem in particulari. Admittunt hoc Salmant. ⁷, dummodo ille decreverit utrumque malum patrare; cum Navarra, etc. At Laymann indistincte loquitur; et Sanchez cum secunda sententia, ut mox dicetur, hanc limitationem expresse rejicit: quia (dicit) tunc minus malum proponitur, non ut alter illud perpetret, sed ut a majori retrahatur.

Secunda igitur sententia probabilior tenet, licitum esse minus malum suadere, si alter jam determinatus fuerit ad maius exsequendum. Ratio, quia tunc suadens non quaerit malum, sed bonum, scilicet electionem minoris mali. Ita Sanchez ⁸ cum Soto, Molina, Navarro, Medina, Silvestro et aliis pluribus, ac Salmant. ⁹ cum Cajetano, Soto, Palao ^{a)}, Bonacina, etc., et probabilem putat Croix ¹⁰. — Hinc docet idem Sanchez ¹¹ cum Cajetano ^{b)}, Soto ^{b)}, Covarruvias ^{b)}, Valentia ^{b)}, parato aliquem

Suadere minus ma-
lum, juxta
alios pecca-
tum.

Limitatio
opinionis.

Probabi-
lius licet,
quando,

occidere licite posse suadere, ut ab eo furetur vel ut fornicetur. Et probat ex S. Augustino¹, ubi: *Si enim facturus est, quod non licet, jam faciat adulterium, et non faciat homicidium: et vivente uxore sua, alteram ducat, et non humanum sanguinem fundat*. Ex quibus verbis: *jam faciat adulterium*, probat Sanchez² cum Soto, Molina, Navarro, Abbate, etc., S. Doctorum non tantum permittendo, sed etiam suadendo locutum fuisse. Et hoc, addit Sanchez³ cum Salon, licere, non solum privatis, sed etiam confessariis, parentibus et aliis, quibus ex officio incumbit impedire peccata subditorum.

58. - « Resp. VI. Potest aliquando permitti proximi ruina, quando is paratus est ad malum, et alter non intendit ut peccet, sed tantum, non auferendo occasione, permittit unum peccatum, ne fiant plura; ita ut permissio sit impeditiva majoris mali.

« Unde resolves:

« 1^o. Hero licet non auferre occasio nem furandi filiis aut famulis, cum eos nihileminus ad furandum propensos et paratos novit, ut sic deprehensi puniantur et resipiscant: tunc enim rationabiliter permittit furtum unum, ut evitentur plura. — Sanchez, Laymann⁴, Bonacina ».

Et hoc probable putant etiam Viva⁵, Laymann⁶ cum Petro Navarra. Item Elbel⁷, et Sporer⁸ cum Diana⁹ et Tamburinio¹⁰; et probat ex 1. *Si quis servo,*

disp. 12, n. 52. - *Navar.*, Man., cap. 24, n. 13. — ⁶ Suppl., qu. 62, art. 8, ad 4. — ⁸ De Carit., sect. 7, punct. 1, § 3, qu. 4. - *Antoine*, de Carit., cap. 6, § 4, qu. 2, n. 6. — ⁷ V. *Peccatum*, n. 7. - *Sanch.*, loc. cit., n. 58. — ⁸ Lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 5, v. *Tertio*. — ⁹ Disp. 2, de Peccat., qu. 4, punct. 2, n. 31 et 34. — ¹⁰ Tr. 6, disp. 6, punct. 7, n. 7. — ¹¹ De Praec. Decal., qu. 11, art. 5, n. 12, v. *Infertur* 4^o. - *Petr. Navar.*, de Restit., lib. 3, cap. 4, n. 127. — ¹² Tr. 5, cap. 1, n. 64.

eodem modo interpretentur. Vide Cajetan., in 2am 2ae, qu. 78, art. 4; et Comment. in Genes., cap. XIX, v. 8; Sotum, loc. cit., art. 5, v. *Atvero de Loth*; Covarruvias, de Sponsal., part. I, cap. 4, init., n. 10; Valentia, in 2am 2ae, disp. 5, qu. 21, punct. 4, v. Secundum quod hic. Attamen hi duo ultimi auctores, Covarruvias scilicet et Valentia, etsi concedunt proponi posse materiam minoris mali, negant tamen fas esse illud consulere vel ad illud inducere.

58. - ^{a)} Laymann aliud exemplum affert, ex quo a fortiori colligere licet quod a Busenb. traditur. Laymann enim, lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 4, ait licitum esse pecuniam apportionare ei, qui de furtis suspectus habetur, ut

deprehensus, efficaciter emendetur vel a graviori malo avertatur.

^{b)} Sotus, in 4, dist. 36, qu. unic., art. 3; Petrus de Ledesma, de Matrim., qu. 62, art. 3, concl. I, disputant de casu quo vir uxori suac, de adulterio suspectae, insidias tendit; et pro hoc casu a Sanchez adducuntur.

^{c)} Sà, v. *Peccatum*, n. 7, rem clare significat, scribens: « Permitti quidem possunt peccata minora, ut vitentur graviora ».

^{d)} Laymann, loc. cit., n. 5, v. *Tertio*; Elbel, de *Scandalo*, n. 387, non probabilem solum reputant, sed absolute huic sententiae patrocinantur.

^{e)} Diana, part. 3, tr. 5, resol. 18; Tamburinius, *Decal.*, lib. 5, cap. 1, § 4, n. 4 et 5,

Probabilitas licet offerre occasio nem peccati.

Et haec sententia videtur satis communis cum Sanchez⁴, qui citat pro ea Sotum⁵, Ledesma⁶, Navarrum, Sà⁷, etc.; et consentit D. Thomas⁸, ubi: *Quandoque vir uxorem suspectum de adulterio habens, ei insidiatur, ut deprehendere possit eam cum testibus in crimen fornicationis, et sic potest ad accusationem procedere*. Idem admittit Continuator Tournely⁹ cum Antoine.

« 2^o. Probabile est, non licere talia ul tro ponere aut iis objicere: quia positive concurret ad peccatum; et non tam auferret occasionem, quam pone ret. Sà⁷, et Sanchez, qui ex eadem causa docet, non licere marito dare uxori ansam adulterandi, vel adultero ut tentet uxorem. Interim probabiliter contrarium docet Laymann⁸. Quod confirmari potest exemplo Judith, quae vix aliter videtur fecisse (cap. ix). Cum enim sciret, permissionem libidinis in Holoferne fore impeditivam malorum, posuit ei occasionem, nempe ornatum suum, alioqui licitum; et tamen communiter censemur in hoc non peccasse. Vide Bonacina⁹, Palaum¹⁰.

Et hoc probable putant etiam Viva²¹, Laymann²² cum Petro Navarra. Item Elbel²³, et Sporer²⁴ cum Diana²⁵ et Tamburinio²⁶; et probat ex 1. *Si quis servo,*

1 Can. *Si quod verius* 9, caus. 33, qu. 2. Cfr. de Conjugi adulter., lib. 2, cap. 15; ap. Migne, Patrol, lat., tom. 40, col. 481. — ² Loc. cit., n. 15. - *Sotus*, de Just., lib. 6, qu. 1, art. 5, corp., i. f. - *Molina*, loc. cit., n. 10. - *Navar.*, loc. cit., *Abbas Panormi*, in cap. *Super eo de usur.* — ³ Loc. cit., n. 28. - *Salon*, in 2am 2ae, qu. 62, art. 7, controv. 7, ad 2am. - *Sanch.*, de Matr., lib. 10, disp. 12, n. 52. - *Bonac.*, disp. 2, de Peccat., qu. 4, punct. 2, n. 31. — ⁴ De Matrim., lib. 10,

59. ^{a)} « Resp. cooperari tantum materialiter, subministrando tantum materialiam et facultatem peccandi, vel exhibendo objectum, licet, si sequentes conditiones adsint: 1^o. Si tuum opus vel cooperatio sit secundum se bona vel minus recte a Sporer allegantur; citant quidem aliorum opinionem; nec vero eamdem probabilem appellant.

^{b)} Lex ista sic sonat: « Si quis servo alieno suaserit ut aliquam rem domini sui surripere et ad se deferret, servus autem hoc domino manifestaverit, et domino concedente,

res ejus ad iniquum hujusmodi suasionis auctorem pertulerit, et ipse inventus fuerit rem detinens; quali teneatur actione is qui res suscepit... Nobis itaque... placuit non solum furti actionem, sed etiam servi corrupti contra eum dari ». — ^{c)} Sporer, n. 66, hoc dicit ex Tamburinio,

« et Laymann, etsi ejus gravitas certa regula definiri nequeat, sed prudentis judicio metienda sit; tanto tamen gravorem requiri: 1º quanto gravius est peccatum cuius occasio datur; 2º quanto probabilius est, te non cooperante, alterum non peccaturum; aut quanto certior est affectus peccati; 3º quanto propinquius tua cooperatio peccatum attingit; 4º quanto minus juris habes ad tale opus^{a)}; 5º denique, quanto magis peccatum cum justitia pugnat, idque propter damnum tertii. — Laymann¹.

S. Antoninus, Gabriel, Silvester, etc. apud Sanchez², videntur sentire, nullo casu licitum esse cooperari ad peccatum alterius: at hoc communiter DD. permittunt, si debitae conditions adsint. Vide Tamburinium³. Et Sanchez⁴ censet autores citatos locutos fuisse casu quo absit justa causa excusans; vel quando cooperatio sit intrinsece mala. Semper autem est intrinsece mala illa actio, quae ex se determinata est ad peccatum: ut esset, quaerere domino concubinam, idola fabricare, et quid simile. Secus, si actio potest fieri sine peccato: puta, ministrare mensae, aperire januam, etc. — Hinc, ad licite cooperandum peccato alterius, vide conditions requisitas apud Busenbaum, ut mox supra.

« Unde resolves hos casus:

60. — « 1º. Hoc modo, licite materialiter cooperatur sponsa contrahens cum sponso, quem scit sacramentum accipere in peccato mortali. Sciens vero eum habere votum castitatis, peccat

Laym., lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 4, 5 et 8. — ¹ Loc. cit., n. 4. — S. Anton., part. 2, tit. 1, cap. 23, § 18. — Gabr. Biel, in 4, dist. 16, qu. 8, art. 3, dub. 6. — Silvest., v. Ars, n. 3 et seqq. — ² Decal., lib. 1, cap. 7, n. 4. — ³ Decal., lib. 5, cap. 1, § 4, n. 15 et seqq. — ⁴ Loc. cit., n. 7. — ⁵ Loc. cit., n. 4. — ⁶ De Matr., lib. 7, disp. 11, n. 11. — ⁷ Laym., lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 4. — Suar., de Censur., disp. 15, sect. 4, n. 9. — Lugo, de Sacram. in gen., disp. 8, n. 182. — Laym., lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 17; lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 4. — Bonac., de Matr., qu. 4, punct. 3, n. 2 et 3. — Pal., tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 11, n. 3. — Sanchez,

« contrahendo cum ipso: quia ad contractum illicitum concurrit. — Laymann⁵ et Sanchez⁶.

61. — « 2º. Licite quoque, post matrimonium contractum, materialiter cooperatur conjux, si conjugi obstricto voto castitatis reddat debitum; imo, ad id tenetur ex justitia, si eum exigentem non possit a proposito avocare⁷. — [Et haec est communissima et probabilior sententia, cum Suarez, Lugo, Laymann, Bonacina, Palao, Sanchez, Concinna, Holzmann, Bossio, etc. Licet opposita^{a)}, cum Pontio, Croix, Comitolo, Silvestro, etc., etiam sit probabilis. Vide dicenda Lib. VI, n. 99].

62. — « 3º. Similiter parochus Eucharistiam licite potest et debet ministrare peccatori, et excommunicato, et haereticō occulto, si petat publice; imo confessarius praebere debet petenti etiam privatum, si ex sola confessione ejus peccatum novit⁸. — [Et ita tenendum, ex communissima sententia cum Sporer⁸, etc., contra Petrocorensem. Vide dicenda Lib. VI, n. 658].

63. — « 4º. Excusantur a peccato famuli, si ratione sui famulatus praestent quaedam obsequia, quae sine gravi suo incommode negare non possint^{a)}; ut gr. vestiant dominum, sternant equum, comitentur ad lupanar, meretrici defrant munera, eidem venienti aperiant ostium: quia haec tantum remote se ad peccatum habent, et sine iis peccatum fieret. Unde tamen non sequitur, alteri cuivis licere ea praestare. Bonacina⁹,

n. 5; sed Petrus Navarra negat quidem improbandam esse sententiam, quae licitum esse ait hunc agendi modum; nullam tamen mentionem de hac juris sanctione facit.

59. — ^{a)} Quarta haec conditio apud Laymann et Sanchez locis cit., praetermittitur.

61. — ^{a)} Scilicet quod alter conjux eo casu non teneatur ex justitia debitum reddere.

63. — ^{a)} Azor et Laymann non loquuntur de gravi famuli incommode, et videntur haec obsequia excusare sola famulatus ratione.

« Azor¹, Laymann², Sanchez³. — [Sed vide num. seq. 64].

Ad distinguendum autem, quando cooperatio sit materialis, et quando formalis, alii dicunt, ut Cardenas^{b)} et Magister Milante^{c)}, quod cooperatio tunc est materialis, quando ipsa per accidentis et remote conductus ad peccatum alterius; tunc autem formalis, quando per se vel ob aliquam circumstantiam adjunctam, proxime conductus ad executionem peccati, licet per se esset indifferens.

Sed melius cum aliis dicendum, illam esse formalem, quae concurrit ad malam voluntatem alterius, et nequit esse sine peccato; materialem vero illam, quae concurrit tantum ad malam actionem alterius, praeter intentionem cooperantis. Haec autem est licita, quando per se actio est bona vel indifferens; et quando adest justa causa et proportionata ad gravitatem peccati alterius, et ad proximitatem concursus, qui praestatur ad peccati executionem. Ratio, quia cum tu praestas actionem in differentem sine prava intentione, si alter illa abuti voluerit ad suum peccatum exsequendum, non tenet nisi ex caritate illud impedit. Et quia caritas non obligat cum gravi incommode, ideo ponens tuam cooperacionem cum justa causa, non peccas: tunc

¹ Part. 2, lib. 12, cap. 18, quaer. 8. — ² Lib. 2, tr. 3, cap. 18, n. 5, v. Sexto. — ³ Decal., lib. 1, cap. 7, n. 22. — ⁴ Exercit. 28, sup. prop. 51 Innoc. XI, § Ex his ergo con-

^{b)} Cardenas, dissert. 31, n. 10 et 11, dicit sub prohibita cooperatione comprehendendi omnes actiones, « quae adjuvant de facto ad execundam luxuriam, quamvis abstractae ab illis circumstantiis sint indifferentes »; licitas vero esse actiones illas, « quae non adjuvant ad exercendam luxuriam ».

64. — ^{a)} Busenbaum requirit, ut famulus nequeat sine gravi suo incommodo ejusmodi obsequia praetermittere.

^{b)} Navarrus, lib. 5, consil. 5, de poenit. et remission., sic revera tenet; sibi tamen ex parte contrarius est, consil. 4, n. 3, ubi damnat de mortali famulū, qui herum in concubinatu adjuvat, « comitando eum nocte aut die, ita quod herus non iret ad domum concubinae, nisi et ipse comitaretur ». Quod et Sanchez notavit.

^{c)} Sanchez, loc. cit., n. 22, ejusmodi obsequia sola famulatus ratione excusat, nisi herus ille « peccatum vitaret famulo non sternente

enim peccatum illius non provenit ex cooperatione tua, sed ex malitia, ipsius qui tua actione abutitur. Nec valet dicere quod tua actio, etsi indifferens, conjuncta tamen cum circumstantia prava intentionis alterius, evadit mala; nam revera actio tua non est per se conjuncta cum mala voluntate illius, sed illud conjungit suam malam voluntatem cum actione tua; unde tua actio non erit tunc causa per se influens in peccatum, sed tantum occasio, qua ille abutitur ad peccandum. — Vide dicenda Lib. III, n. 571, 2º Respectu.

64. — Quaeritur 1º. An famulus, ratione famulatus, possit comitari herum ad lupanar, vel sternere equum?

Affirmat Busenbaum^{a)} hic, cum Navarro^{b)}, Manuele, etc. apud Sanchez^{c)}. — At probabilius non sufficit ad id sola ratio famulatus, etiam si sine famuli ope herus adiret; saltem requiritur metus gravis damni. Ita Sanchez^{d)}, Viva^{e)}, Salmant.^{f)}, qui recte advertunt, id nunquam licere, si herus ex comitatu animosior reddatur.

An autem liceat famulo deducere concubinam in domum heri?

Dicit Sanchez^{g)} cum Navarra^{h)} et Manueleⁱ⁾, quod, si inter dominum et concubinam jam conventum erat, tunc

stat. - Man. Rodriguez, Summa, part. 1, cap. 208, n. 8. — ⁶ Decal., lib. 1, cap. 7, n. 22. — ⁷ In propos. 51 Innoc. XI, n. 5. — ⁸ Loc. cit., n. 25.

Requiritur metus gravis ad comitandum herum ad lupanar.

Cooperatio materialis et formalis, juxta quosdam.

Auctor utramque definit.

Materialis est licita, quando.

equum, aut non comitante. Tunc enim amplior causa desideraretur. Quam denique adesse et famulo suffragari dicit, si non possit « commode et absque proprio momento detimento» obsequium suum denegare.

^{d)} Salmant., tr. 21, cap. 8, n. 72, dicunt licitum esse famulo: « causa famulatus... dominum ad concubinae domum comitari, quando etiam famulo non comite herus adiret, nec ex eo animosior reddatur, quia tunc est merus comitus. Atvero si herus famulum comitem adhiberet, ut securius et liberius peccaret, et ab invadentibus se defendaret, esset omnino illicitum, quia tunc jam influeret proxime in peccatum domini ».

^{e)} Petrus Navarra, de Restit., lib. 3, cap. 4, n. 62, loquitur de auriga in universum: « Auriga qui mulierem Toleti defert Matrium, licet sciatis illam ibi suo corpore male usuram, et eo fine Matrium petere, tamen isti non imputatur, quia opus ex se indifferens facit;

famulus sola ratione famulatus excusat, quando dominus etiam sine famulo aequo peccatum committeret; alias, non excusat, nisi ex metu gravis damni; ut Sanchez^{e)}. — Et idem ait^{f)} de famulo deferente concubinam curru sella. Sed merito id non admittunt Cardenas, et Milante¹, et Pater Concina². — Idque tanto magis non admittendum de famulo vocante concubinam ad domum heri: contra Azor. — Et idem dico de aurigis et nautis vehentibus meretricem ad amasium, qui tantum excusari possunt ob metum gravis damni. Vide n. 75, v. *An autem*.

65. — Quaeritur 2º. *An liceat famulo deferre munera meretrici, ratione famulatus?*

Affirmant, loquendo tantum de esculentis et aliis munusculis, Busenbaum^{a)} et Sanchez³, Sporer^{b)}, et Palaus^{c)} cum Navarro^{d)} et Azor^{e)}. — Sed verius Pater Concina⁴ putat, hoc esse intrinsece malum: quia revera munera per se turpem amorem fovent.

66. — Quaeritur 3º. *Utrum liceat famulo ostium meretrici aperire?*

Negat Croix^{a)}. At communius affirmant, cum Busenbaum, Salmant.⁵, Laymann⁶, Tamburinius cum Sanchez, Diana,

Carden., diss. 31, n. 10. — ¹ Exercit. 28 sup. prop. 51 Innoc. XI, v. *Haec autem regula*. — ² In Decal., lib. 1, diss. 9, de Scand., cap. 12, n. 7. — Azor, part. 2, lib. 12, cap. 18, quer. 8. — ³ Decal., lib. 1, cap. 7, n. 29. — ⁴ Loc. cit., cap. 12, n. 8. — ⁵ Tr. 21, cap. 8, n. 74. — ⁶ Lib. 2, tr. 8, cap. 18, n. 5, v. *Sexto*. — *Tambur.*, Decal., lib. 5, cap. 1, § 4, n. 18. — *Sanch.*, loc. cit., n. 30. — *Diana*, part. 3,

quod illa in eo loco posita male se gerat, malitiae ejus est, non meae asportationis». Quae quidem Rodriguez ex eodem Navarra proponit, loc. cit., n. 3, et in bull. *Cruciatae*, § 9, n. 84.

f) Sanchez, loc. cit., n. 25, de famulo concubinam curru deferente ita scribit: «Non sufficeret communis ratio famulatus, sed damnum notabile famuli, eum herum deserendo, exigitur. At in hoc casu id licet».

65. — a) Vide textum Busenb. supra, ubi requirit gravis incommodi metum.

b) Sporer, *Decal.*, tr. 5, cap. 1, n. 99, dicit licitum esse ratione famulatus deferre ad meretricem literas, internuntia, munera, solius urbanitatis vel amicitiae plena».

c) Palaus, tr. 6, disp. 6, punct. 11, n. 4, dicit licere «munuscula» deferre. At praeter hoc exemplum, alia etiam similia habet, pro

Azor, Sà^{b)}, Rodriguez, etc. — Nec officit propositio 51 Innocentii XI, dicens: *Famulus qui, submissis humeris, scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, et multoties eidem subservit, deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta, ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspicatur, ne domo expellatur*. Nam ex una parte, caritas te non obligat cum gravi damno peccatum ejus avertire; et ex altera, malitia alterius nequit mutare naturam tuae actionis, ita ut de indifferenti evadat intrinsece mala. Et idem mecum sentit doctus auctor, Continuator Tournely¹, dicens: *Non... teneor grave subire detrimentum, ut alterius peccatum avertem*; ipse sane malitiam suam sibi imputet.

Quaeritur 4º. *An, ex metu mortis vel magni damni, liceat famulo subjecere humeros, vel deferre scalam domino ascendiendi ad fornicandum, vel aperire januam, et similia?*

Negant Viva et Milante⁹, Pater Concina¹⁰, Salmant.¹¹, Croix¹² et alii. Quia, ut dicunt, tales actiones nunquam licent, utpote intrinsece malae. — Sed contradicunt Busenbaum (infra n. 68), Sanchez¹³ et Lessius^{a)}, quorum sententia, spectata ratione, mihi probabilius videtur. Ratio, quia, ut mox supra diximus, cum tu praebras actionem per se indifferentem, scilicet

Metu gravi licet famulo subjecere humeros, scalam deferre, etc.

tr. 5, resol. 36, v. *Item deducitur*. — Azor, loc. cit., quer. 8. — Rodriguez, Sum., part. 1, cap. 203, n. 3. — ⁷ Tr. 6, qu. 3, cap. 6, reg. in praxi, n. 4. — ⁸ Tr. 21, cap. 8, n. 74. — Viva, in prop. 51 Innoc. XI, n. 4. — ⁹ Loc. cit., v. *Quid insuper*. — ¹⁰ Loc. cit., de Scand., cap. 12, n. 4. — ¹¹ Tr. 21, cap. 8, n. 75. — ¹² Lib. 2, n. 254. — ¹³ Decal., lib. 1, cap. 7, n. 30.

quibus citat Navarrum, *Man.*, cap. 20, n. 16, Azor, loc. cit., quer. 8.

66. — a) Croix, lib. 2, n. 253, disputat de famulo qui domino aperit januam alienae domus, in quam dominus ingredi vult ad stuprum alicui pueriae inferendum.

b) Sà, v. *Peccatum*, n. 9, alia et quidem similia exempla adducit, praesens vero praetermittit.

c) Haec conditio, non quidem ad propositionem Innocentii XI, sed ad principale quaesitum referenda est: et juxta Roncaglia, famulus posset ipsi concubinae domum aperire, «maxime [non dicit «modo»] dum etiam eo non aperiente, adhuc esset qui aperiret». — Salmant. vero absolute dicunt licere, «quando jussu domini fit».

d) Lessius, lib. 2, cap. 16, n. 59, i. f., de casu simili loquitur, nempe de eo qui scalam

cet, quae potest esse bona et mala, non teneris nisi ex caritate ab illa abstinere, ne alter ea abutatur ad peccandum; quando autem alias grave damnum metuis, licite permittere potes peccatum alterius. Nam ex una parte, caritas te non obligat cum gravi damno peccatum ejus avertire; et ex altera, malitia alterius nequit mutare naturam tuae actionis, ita ut de indifferenti evadat intrinsece mala. Et idem mecum sentit doctus auctor, Continuator Tournely¹, dicens: *Non... teneor grave subire detrimentum, ut alterius peccatum avertem*; ipse sane malitiam suam sibi imputet.

Nec valet dicere quod praefatae actiones sunt per se malae, quia cooperantur ad peccatum stupri; idque probari ex ipsa propositione damnata, ubi dicitur: *aut quid simile cooperando*. Nam respondetur, quod *cooperando* non intelligitur de cooperatione formalis, sed de materiali, cum de ea solum locuti sint auctores propositionis; et in tali sensu, certe fuit propositio proscripta. — Non autem ver-

¹ De Restitut. in gen., cap. 2, art. 6, sect. 3, concl. 3, post princ. — ² De Restitut. in comm., cap. 13, n. 3. —

bis: *si id faciat metu notabilis detrimenti, comprehendendit metus mortis*. Ibi enim declaratur qualis metus non excusat: *puta, ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspicatur, ne domo expellatur*: quae mala certe non comprehendent damnum mortis.

Quia tamen praedictae cooperations vere concurrent ad damnum stupri, quamvis solum materialiter concurrent ad peccatum stupratoris, puto nullum alium timorem excusare cooperantem nisi mortis. Nam alias, ob solum metum jacturae facultatum vel infamiae, non licet concurre ad dehonorationem puellae defloranda. — Vide dicenda *Lib. III*, n. 571, ubi dicemus, non licere pariter tibi scalam vel claves tradere furi, nisi ob timorem mortis vel infamiae; cum Tournely^{e)}. — Tradere autem gladium occisuro nunquam licet; quia non licet occidi innocentem, ut tu mortem vites^{f)}; ut bene docent Concina² et [Contin.] Tournely³. Vide *Lib. III*, n. 571. *Secus etiam*.

³ De Restitut. in gen., cap. 2, artic. 6, sect. 3, concl. 3, v. *Quær. 2*.

ad ascendendum, vel ferramenta ad infringendum ostium aut armarium furi commodat, quod dicit licere in eo casu dumtaxat, quo «ex recusatione grave malum tibi impenderet».

e) Contin. Tournely, loc. cit., negat licere, nisi o grave detrimentum.

f) Doctrina haec di illo qui claves furi, aut gladium occisuro traderet ex^{2a} ceterisque editionibus, usque ad 5am desumpta est; sed reformata omnino est juxta ea quae S. Doctor in 6a ceterisque posterioribus editionibus, ad lib. 3, n. 571, vers. *Secus etiam*, eidem quaesito subdidit, nempe: «Id tamen recte dicunt Salmant... intelligi, si ille posset negare suam cooperationem sine periculo mortis *aut aequalis gravis damni*; quia aliter non tenetur vitare damnum alterius (etiamsi alter sit in extrema necessitate damni patiendi) cum aequali proprio detimento». — Ibidemque n. 697, vers. *Teneris*, dicit rem domino restituere, qua ille in damnum tertii abutetur, illicitum quidem esse, «quando posses negare sine tuo graviori, vel [in 6a et posterioribus editionibus] saltem aequali gravi damno». — Neque huic interpretationi opponi licet, quod in *Hom. apost.*, tr. 4, n. 32; tr. 10, n. 56 et 116, in ultimis adhuc editionibus S. Doctor negat licitum esse etiam ad mortem vitandam reddere gladium occisuro; hoc enim soli inadvertentiae tribuendum est. — Nam 1º ibidem S. Alphonsus lectorem remittit ad Theologiam mo-

Alium verometum non excusa-re.

67. - Quaeritur 5°. *An liceat famulo, ob metum gravem, scribere vel deferre litteras amatorias concubinae domini?*

Quidquid alii dicant, puto cum Salmant.¹, Sanchez², Viva³, Laymann, Bonacina, Tamburinio, etc. cum Croix⁴, haec nunquam licere; quia formaliter concurrunt ad peccatum heri, fovendo turpem ejus amorem. — Et hoc censeo dicendum cum Sanchez et Salmant.⁵ (contra Palaum et Rebellum apud Tamburinium⁶), etiam in dubio an litterae contineant amatoria; quia cum constet de turpi amore, moraliter creditur turpia continere. — Si vero contineant sola signa urbanitatis, etiam requiritur ad excusandum famulum causa justa, ultra obsequium famulatus; ut dicunt Salmant.^{a)}, Sanchez^{a)} et Tamburinius^{a)}.

68. - Quaeritur 6°. *An liceat famulo ministrare carnes in die vetito?*

Negant Salmant.⁷ cum Palao, Vasquez, Diana^{a)}, etc. — Advertunt tamen, in dubio prae sumendum herum justa causa excusari. Sed vide seq. n. 69, Qu. 7.

« 5°. Ad ea opera quae propinquius se « ad peccatum habent aut juvent, v. gr.

¹ Tr. 21, cap. 8, n. 68, 70 et seq. — ² Decal., lib. 1, cap. 7, n. 26. — ³ In propos. 51 Innoc. XI, n. 5, v. *Similiter*. — *Laym.*, lib. 2, tr. 3, cap. 18, n. 5, v. *Sexto*. — *Bonac.*, de Matrim., qu. 4, punct. 14, n. 6. — ⁴ *Tambur.*, Decal., lib. 5, cap. 1, § 4, n. 18. — ⁵ *Lib.* 2, n. 273. — *Sanch.*, loc. cit., n. 26. — ⁶ Loc. cit., num. 67. — *Pal.*, tr. 6, disp. 6, punct. 11, n. 7. — *Rebell.*, de Just., part. 1, lib. 2, qu. 14, n. 53. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Loc. cit., n. 81. — *Pal.*, loc. cit.,

« subjecere humeros, admovere scalas hero « per fenestram ascendentia ad concubinam, « deferre litteras amatoria ad meretricem, « comitari ad duellum, etc., non sufficit « communis ratio famulatus; sed exigunt « maiorem necessitatem et causam ut li- « cite fiant, v. gr. periculum gravis aut sal- « tem notabilis damni, si detrectent⁸ ».

— [Sed vide dicta mox supra, ex n. 66].

69. - « 6°. Sic enim excusantur caupo- « nes, vendentes carnes in die jejunii co- « mesturis, et vinum ebriosis, si alii ae- « que venderent^{a)}. — Sanchez⁹, Bona- « cina, etc. ».

Quaeritur 7°. *An liceat cauponibus ven- dere vinum iis, quos ebriando praevident?*

Excusat eos Pater Concina¹⁰, ex metu mortis aut mutilationis; quia (ut ait) tam venditio, quam potus vini, sunt actiones indifferentes, et ex sola malitia bibentis intemperanter ebrietas accidit. Unde infert, cauponem nonnisi ex caritate teneri impediare ebrietatem illorum. — Probabilius tamen mihi videtur dicendum cum Busenbaum (hic n. 6), Bonacina^{b)} et Sanchez, Elbel¹¹, Sporer¹², Continuatore Tournely¹³,

Vendere
vinum sese
inebriatu-
ro, quando li-
ceat.

punct. 11, n. 4. — *Vasq.*, Opusc. de Scandalo, art. 1, dub. 3, n. 22. — ⁸ *Ibid.*, id est *Bonac.*, de Matr., qu. 4, punct. 14, n. 6; et *Sanch.*, Decal., lib. 1, cap. 7, n. 16, 22, 23 et 26. — ⁹ Decal., lib. 1, cap. 7, n. 33 et 34. — *Bonac.*, disp. 2, de Peccat., qu. 4, punct. 2, n. 32, 37 et 38. — ¹⁰ In Decal., lib. 1, diss. 9, de Scandalo, cap. 12, n. 29. — *Sanch.*, Decal., lib. 1, cap. 7, n. 33. — ¹¹ De Scandalo, n. 383. — ¹² Decal., tr. 5, cap. 1, n. 82. — ¹³ De Carit., sect. 7, punct. 1, § 3, qu. 3.

garla senza tuo danno maggiore o almeno eguale, come si è detto al n. 56, dove si disse non esser lecito per evitare la perdita della fama o della roba, restituire la spada a chi vuol uccidere il nemico». Quae sic latine redduntur: *Si dominus re aliqua sua in tertii damnum abusurus est, tu teneris illam de negare, quotiescumque sine damno tuo gra viori vel saltem aequali negare potueris, uti n. 56 dictum est; ubi statuimus illicium esse ad vitandam infamiam aut bonorum facturam, gladium restituere illi, qui ini micum occidere intendit.*

67. - a) Salmant., tr. 21, cap. 8, n. 67; Sanchez, Decal., lib. 1, cap. 7, n. 26; Tamburinio, Decal., lib. 5, cap. 1, § 4, n. 18, nullam praeter famulatus rationem, justam causam requirunt; imo Sanchez et Tamburinio dicunt satis esse ad excusandum in eo casu communem famulatus rationem.

68. - a) Diana, part. 5, tr. 7, resol. 13, hanc utique opinionem refert; sed de ea nullum profert judicium.

Tamburinio¹, et aliis satis communiter apud Croix², quod caupones satis excusantur ob metum cuiuscumque gravis damni, puta, si alias notabiliter laederentur ex diminutione emptorum. Ratio, quia, cum nullum eo casu grave damnum temporale obveniat ebriaturo, caritas non obligat cum gravi incommodo peccatum illius vitare. — Et idem dico cum Busenbaum (ut supra, n. 6) et Sanchez³ ac Mazzotta⁴, de praebente carnes comeduris, in die vetito.

Illud autem quod dicit Tamburinus⁵ cum Sanchez et Palao, scilicet, licitum esse vendere vinum eis qui revident mixtum aqua, si aequa commode nequeant aliis vendere; id non admittimus, nisi ob metum mortis vel infamiae^{c)}.

« 7°. Ea, quae ad peccatum proxime concurrunt vel inducunt, vel cum justitia pugnant, etsi ex genere suo sint indifferentia; v. gr. hero alterum occiso gladium dare; ostendere illum qui ad necem quaeritur; compulsare campanam (sine scandalo tamen) ad conversionem haereticam; meretricem, etsi conductam ac paratam, e domo evocare et ad herum deducere; furi scalam applicare; gerenti injustum bellum dare mutuas pecunias; pagum haeretico domino vendere, gravissimam causam requirunt: hoc est, metum tanti mali, quod secundum leges caritatis nemo tenetur subire ad evitandum malum alterius, v. gr. si alias occidendum esset. — *Laymann*⁶.

¹ Decal., lib. 5, cap. 1, § 4, n. 36. — ² Lib. 2, n. 261. — ³ Loc. cit., n. 34. — ⁴ Tr. 2, disp. 2, qu. 1, cap. 3, § 4, qu. 4. — ⁵ Loc. cit., n. 37. — ⁶ *Sanch.*, loc. cit., n. 37. — *Pal.*, tr. 6, disp. 6, punct. 13, n. 3. — ⁷ Lib. 2, tr. 3, cap. 18, n. 4, v. *Major*. — ⁸ Loc. cit., n. 20. — ⁹ Loc. cit., n. 23; et de Matr., qu. 4, punct. 14, n. 5. — ¹⁰ Tr. 21, cap. 8, n. 65. — ¹¹ Tr. 14, cap. 2, n. 32.

dendo vinum in tali eventu ». Et rationem addit, quia « per se loquendo, non videtur tanti momenti ».

« Haec tamen reformanda seu temperanda videntur juxta superius dicta nota f ad n. 66, de eo qui claves furi vel gladium occisuro tradat.

70. - a) Suarez, de Carit., disp. 10, sect. 4, n. 5, negat licere domum meretrici locare, « si quis sine ullo incommodo potest domum suam locare alteri... Si tamen non occurrent alii qui locarent, vel difficile possent inve-

70. - « 8°. In civitatibus, in quibus id vitandi majoris mali causa permisum est, licet domum locare usurario (excipit tamen jus alienigenam), et meretrici cibus; maxime si alii conductores desint: « nisi tamen meretrices graviter nocerent vicinis honestis, vel ob situm ansam majorem darent peccatis. Sanchez⁷, Bonacina⁸ ». — [Ita etiam Salmant.⁹ cum Trullench, Vasquez, Prado, Ledesma^{a)}; et Viva cum Suarez^{a)}, Lessio^{a)}, Azor, et aliis communiter].

71. - « 9°. Excusantur a mortali, imo etiam veniali, si causa adsit, artifices, qui faciunt aut vendunt res indifferentes, quibus quis bene potest uti, licet pluri abutantur; v. gr. aleas, fucos, gladios. Ratio est, quia remote tantum ordinantur ad peccatum, et simpliciter impediri non possunt. Quod si tamen abusus esset contra justitiam, non licet ret; v. gr. si occisuro dares gladium, ob magnum pretium quod offert. Item, si quis sciat hunc innocentem non per vertendum, nisi per has suas merces: « quia modicum lucrum certae saluti alterius est postponendum. — Sanchez¹⁰.

Malum non est prae sumendum: unde licite possunt vendi aleae, fuci, gladii, venena (scilicet ea tantum, quae possunt deserire etiam ad medicinam) cuicunque, quem abusurum fore non constet. — Ita Salmant.¹¹ cum S. Thoma^{a)}, et communiter. Dubium autem versatur, quando versus similiter creditur emptor abusurus. — Busenbaum hic cum Sanchez^{b)} dicit, non

Quando
liceat do-
mum locare
usurario vel
meretrici.

Artifices
possunt fa-
vendere res
indifferen-
tes.

Exceptiones.

Quando
liceat, si
emptor ve-
rosimiliter
abutetur.

niri, non teneretur quis privare se suo jure ». — Lessius, lib. 2, cap. 24, dub. 8, licere vult: « si vel multae aliae domus aequa commoda non sint ei [meretrici] defuturae, vel si expedit urbi, ad majora mala vitanda, illas permetti... Idem dicendum de usurariis ».

71. - a) S. Thomas, 2^a 2^{ae}, qu. 169, art. 2, ad 4, haec tantum scribit: « Si qua vero ars sit, cuius operibus homines possunt bene et male uti, ... usus talium artium non est peccatum ». — b) Sanchez, loc. cit., n. 12 et seqq., dicit

licere illa vendere ob lucrum. At Tamburinius¹, et Salmant.² cum Bonacina, Rebello, Tapia, Silvestro³, dicunt licere, si vendor non posset sine damno a venditione recedere; sive (ut loquitur Tamburinius) si jacturam pateretur, res suas non vendendo.

Eodem modo, licitum esset vendere ornatus puellae abusurae, si illa ab aliis aequem emeret, ait Croix⁴ cum Navarro⁵, Azor⁶, Sanchez, Bonacina, Diana: cum, negando tunc venditionem, neque impediretur peccatum. — Sed hoc non admittendum (juxta dicta n. 47, v. Secunda), nisi vendor alioquin notabile patiatur incommodum.

72. — « 10°. Excusantur etiam, qui ob « justam causam vendunt agnum Judaeo « vel infideli, usuro ad sacrificium. Item, « qui Judaeorum synagogas, haereticorum « templo, legitimo magistratu permittente, « aedificant vel restaurant; praesertim si

fieret aequa sine ipsis. Navarrus⁷, Lay- « mann⁸. — Venena autem vendere, nisi « in Hollandia, etiam sine gravi metu, si « absit prava intentio, licite vehunt an- « nonam ad castra haereticorum, si ad- « sint alii, qui illis cessantibus, facerent: « quia, nisi id faciant, excludentur omni « lucro, tamquam osores boni publici. — « Vide Lessium⁹, Sanchez¹⁰, Filliuc- « ciuum¹¹.

73. — « 11°. Christiani captivi, ex gravi « metu, in triremis Turcarum vel hae-

« reticorum, licite remigant contra ca- « tholicos; sarcinas, machinas, arma ad « bellum necessaria convehunt, propugna- « cula aedificant, etc. Ita probabiliter Les- « sius, Sanchez, Suarez¹², Laymann¹³; con- « tra Toletum et alias, qui docent peccare « mortaliter. — Quod si tamen eo loco « res esset, ut haec negantes a magno « periculo classem christianam eriperent, « vel victoriam conferrent, tenerentur tan- « tum bonum vitae sue anteferre. Su- « rez, Lessius, Sanchez¹⁴ ».

74. — « 12°. Incolae urbis vel provin- « ciae, quam tyrannus occupavit, licite « manent inter iniquos possessores, eos « que cogente imperio juvant excubiis, « fossione, contributione; idque, ex legi- « timi principis praesumpto consensu: ex « quo etiam, talia obsequia licite promit- « tunt cum juramento, ad majora mala « sua et legitimis principis declinanda. — « Laymann¹⁵ ».

75. — « 13°. Nautae et aurigae catholici « in Hollandia, etiam sine gravi metu, si « absit prava intentio, licite vehunt an- « nonam ad castra haereticorum, si ad- « sint alii, qui illis cessantibus, facerent: « quia, nisi id faciant, excludentur omni « lucro, tamquam osores boni publici. — « Vide Lessium¹⁶, Sanchez¹⁷, Filliuc- « ciuum¹⁸.

¹ Decal., lib. 5, cap. 1, § 4, n. 33. — ² Loc. cit., n. 33. — ³ Bonac., disp. 3, de Conctract., qu. 2, punct. 2, n. 13 et 14. — ⁴ Rebello, part. 2, lib. 9, qu. 18, n. 30. — ⁵ Tapia, tom. 2, lib. 5, qu. 16, art. 20, n. 4. — ⁶ Tambur., loc. cit., n. 33. — ⁷ Lib. 2, n. 268. — ⁸ Sanchez, Decal., lib. 1, cap. 7, n. 16. — ⁹ Bonac., disp. 2, de Peccat., qu. 4, punct. 2, § unic., n. 35 et 36. — ¹⁰ Diana,

part. 5, tr. 7, resol. 38. — ¹¹ Decal., lib. 1, cap. 7, n. 17. — ¹² Less., lib. 2, cap. 9, n. 122 et 123. — ¹³ Sanchez, loc. cit., n. 18. — ¹⁴ Lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 5, v. Utterius. — ¹⁵ Tolet., lib. 1, cap. 24, n. 6. — ¹⁶ Sanchez, de Censur., disp. 21, sect. 2, n. 62. — ¹⁷ Less., loc. cit., n. 122. — ¹⁸ Loc. cit., n. 18. — ¹⁹ Loc. cit., n. 5, v. Secundo. — ²⁰ Lib. 2, cap. 9, n. 123. — ²¹ Tr. 22, cap. 5, n. 149.

justam vendendi causam censerit « jacturam quam quis patitur, si res suas quas venales habet, minime vendat ».

c) Silvester non satis sibi consentit; nam v. Infidelitas, n. 5, sententiam hic expositam videtur tenere; sed omnino eidem contradicit, v. Ars, n. 3 et 5.

d) Navarrus, Man., cap. 20, n. 16, omittit conditionem appositam, nempe si illa ab aliis aequem emeret. — Azor vero, part. 2, lib. 12, cap. 18, qu. 7, allegat opinionem Navarri et sententiam oppositam Medinae, quas conciliat dicens: « Navarrus fortasse loquitur solum de vestibus, quibus communiter feminae utuntur, quae sunt ad vitae usum necessariae; et Medina loquitur de vestibus, quibus utuntur meretrices et feminae ad se ornandum, ut ad libidinem viros incident ».

72. — a) Navarrus, lib. 5, consil. 1, de Ju- daeis, loquitur non de agni, sed de ramorum venditione ad scenopiegias Judaeorum; de refectione autem templorum id concedit tantum Judaeis et infidelibus, sed permissione impunita tantum.

b) Laymann, loc. cit., n. 4, loquitur dumta- xat de aedificatione aut refectione templorum et synagogarum.

73. — a) Suarez contra, de Censuris, disp. 21, sect. 2, n. 60, dicit eos peccare contra legem naturalem. Et n. 61, concedit solum ejusmodi captivos non peccare contra Ecclesiae legem, proindeque in censuras bullae Coenae non incurrit, nisi in casu ab ipso Busenbaum inferius excepto.

75. — a) Sanchez, loc. cit., uti citat Busenbaum, hoc exemplum non adducit.

Quid li- ceat incolis provinciae usurpatae.

Vehere
meretricem
adamasicum
non licet ob
solum lu-
crum.

An autem liceat aurigis aut nautis, vehere meretricem ad amasium, pro sola mercede lucranda?

Affirmant Sporer¹, Salmant.² cum Merolla et Diana apud Tamburinium³, Croix⁴ cum Navarra. Quia (ut ajunt) hi sunt causa tantum remote cooperans. — Sed recte negant Sanchez⁵, Bonacina⁶, Roncaglia⁷ et Viva⁸, qui contrariam opinionem ait non esse solide probabilem. Hi omnes dicunt, eos tantum excusari ob grave damnum vitandum; imo Angles apud Sanchez putat, id nunquam licere, utpote intrinsece malum.

76. — Adduntur alii casus: 1°. Peccat puella acceptans munera ab amasio, qui turpiter eam concupiscit⁹: quia fovet amorem. — Croix¹⁰ cum Sporer.

2°. Peccat reddens gladium occisuro: nisi metus gravis incommodi excusat. Croix¹¹ cum Sanchez, Bonacina, etc. — Sed vide Lib. III, n. 571, v. Secus etiam¹².

77. — 3°. An liceat petere juramentum a pejeraturo?

¹ Tr. 5, cap. 1, n. 94. — ² Tr. 21, cap. 8, n. 72. — ³ Mer- roll, disp. 2, cap. 4, n. 280. — ⁴ Diana, part. 3, tr. 6, resol. 11. — ⁵ Decal., lib. 5, cap. 1, § 4, n. 30. — ⁶ Lib. 2, n. 274. — ⁷ Petr. Navar., de Restit., lib. 3, cap. 4, n. 62. — ⁸ Loc. cit., n. 25. — ⁹ In propos. 51 Innoc. XI, n. 5. — ¹⁰ Angles, Flor., de Jejunio, qu. 7, diff. 5. — ¹¹ Sanchez, loc. cit., n. 25. — ¹² Lib. 2, n. 264. — ¹³ Sporer, tr. 5, cap. 5, n. 141. — ¹⁴ Loc. cit., n. 265. — ¹⁵ Sanchez, Decal., lib. 1, cap. 7, n. 18, i. f. et 19. — ¹⁶ Bonac., disp. 1, de Restitut., qu. ult., punct. 1, n. 2. —

Negant Vasquez¹ et Sotus² apud Croix³; item Pontius⁴, ex D. Augustino⁵ et D. Thoma⁶. Ratio, quia (ut ait S. Thomas) *in juramento ejus qui falsum per verum Deum jurat, non videtur esse aliquod bonum, quo uti liceat*. — Sed probabilius affirmant Salmant.⁷, Continuator Tournely⁸, et Bonacina⁹ cum Cajetano¹⁰, Salona¹¹, Suarez, Reginaldo¹², Filliuccio; et Tamburinius et Diana apud Croix¹³, modo adsit justa causa, nempe si judex petat juramentum ratione officii (quod idem S. Thomas¹⁴ etiam admittit); vel si magni tua interest uti perjurio ad fraudes alterius manifestandas, ut jus tuum consequaris: et sic non deest bonum utile potestis; quod sufficit pro justa causa. Et ita intelligendus D. Thomas, ex contextu verborum in loco citato.

Commune autem est, licere petere ob aliquod bonum, juramentum a juraturo per falsos deos. Ita S. Thomas¹⁵, et Sanchez¹⁶ cum Gabriele¹⁷, Suarez, Sayro, etc., contra Alensem¹⁸. — Si vero res sit

¹ Loc. cit., n. 266. — ² 2^a 2^o, qu. 98, art. 4, ad 4. — ³ Tr. 21, cap. 8, n. 78. — ⁴ Disp. 4, de 2^o Praec. Decal., qu. 1, punct. 11, n. 1 et seqq. — ⁵ Suan., de Relig., tr. 5, lib. 3, cap. 14, n. 14 et seqq. — ⁶ Fill., tr. 25, cap. 11, n. 346 et 347. — ⁷ Tambur., Decal., lib. 3, cap. 1, § 6, n. 1. — ⁸ Diana, part. 5, tr. 7, resol. 9. — ⁹ Lib. 2, n. 266. — ¹⁰ Loc. cit., art. 4, corp. — ¹¹ Loc. cit., ad 4. — ¹² Decal., lib. 3, cap. 8, n. 21. — ¹³ Suan., Decal., lib. 1, cap. 7, n. 18, i. f. et 19. — ¹⁴ Suan., de Relig., tr. 5, lib. 3, cap. 13, n. 8. — ¹⁵ Sayro., Clav. reg., lib. 5, cap. 3, n. 19.

Item a ju-
raturo per
falsos deos.

adducit, non tamquam huic sue sententiae patrocinantem, sed tamquam asserentem diverse judicandum esse de eo qui per falsos deos juraturus est, et de eo qui falsum est juraturus. Cfr. Epist. S. August. 47 (al. 154) num. 2; apud Migne, Patrol. lat., tom. 33, col. 184.

b) Contin. Tournely, de Carit., sect. 7, punct. 1, § 3, qu. 3, v. Secunda pars, tractat de infidelis qui verum per alcoranum v. g. juraturus est.

c) Cajetanus, in 2am 2ae, qu. 98, art. 4, ad 2; Salo in 2am 2ae, qu. 78, art. 4, contr. 2, n. 10, hanc sententiam non tuentur, quidquid dicat Bonacina.

d) Gabriel Biel, in 3, dist. 39, qu. 1, art. 3, dub. 1, § De circumstantia per quid, dubitanter loquitur, (ut ipse Sanchez animadvertis) et scribit: « Forte dici posset sicut in usura: quod quis cogente necessitate potest bene uti peccato alterius, non quidem peccato sub ratione peccati, sed actu alterius, qui fit ab alio cum peccato ».

e) Alensis, Sum., part. 3, qu. 31, membr. 2,

Ob causam
licit petere
juramen-
tum a pe-
rato.

vera, et alter ignorat; vel sit falsa, et alter credat veram, non licet eum inducere ad jurandum; ut recte dicunt Salmant.¹

4º. Licitum est petere mutuum ab usurario, propter aliquod bonum. Est communis sententia cum S. Thoma², qui sic docet: *Licet... ab eo qui hoc paratus est facere, et usuras exercet, mutuum accipere sub usuris, propter aliquod bonum, quod est subventio sua necessitatis vel alterius. Et alibi³ inquit: Si aliquis propter aliquod bonum utatur malitia usurarii, accipiens ab eo mutuum ad usuram, non peccat. Si vero persuaderet, quod mutuaret... ad usuram ei, qui mutuare ad usuram paratus non esset, absque dubio in omni casu peccaret.*

Idque licet, si adsit causa vel necessitatis, vel notabilis⁴ utilitatis; ut dictum est n. 49, et ut dicunt Salmant.⁴ cum Cajetano, Navarro, Sanchez⁵, Bonacina⁶, Palao⁷. — Asserit autem Lugo⁸, commune esse inter DD. sufficere ad excusandum petentem mutuum ab usurario a peccato gravi, quamcumque utilitatem, etiam modicam. Sed huic non acquiesco, juxta dicta n. 47, v. Secunda. Ratio, quia ad excusandum grave peccatum, gravis requiritur causa. Secus igitur dicendum, si adsit notabilis utilitas, ut ajunt Croix⁹ et Sporer¹⁰.

Et tunc licet etiam offerre ei usuras, conditionate dicendo: *Si vis usuras, dabo;* ut Molina, Sanchez, Hurtadus, Tamburinius apud Croix¹¹. — Immo licitum est etiam absolute eas offerre, dicendo: *Da mihi mutuum, et ego tibi solvam usuras;* ut dicunt Lugo⁹, Sanchez¹⁰ cum Trullench,

¹ Tr. 21, cap. 8, n. 79 et 80. — ² 2^o, qu. 78, art. 4. — ³ De Malo, qu. 18, art. 4, ad 17. — ⁴ Tr. 21, cap. 8, n. 76 et 77. — ⁵ Cajetan., in 2^o 2^o, qu. 78, art. 4. — ⁶ Navar., Man., cap. 14, n. 39. — ⁷ De Just. et Jure, disp. 25, n. 235. — ⁸ Lib. 2, n. 267. — ⁹ Tr. 5, cap. 1, n. 75. — ¹⁰ Molina, tr. 2, disp. 335, n. 5. — ¹¹ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 8, n. 27. — ¹² Petri. Hurtad., de Carit., disp. 173, sect. 14, § 180. — ¹³ Tamburinius, Decal., lib. 5, cap. 1, § 4, n. 45. — ¹⁴ Lib. 2, n. 267. — ¹⁵ Loc. cit., n. 232. — ¹⁶ Loc. cit., n. 27. — ¹⁷ Trull., Decal., lib. 7,

Bañez, Diana, Sporer¹¹, et alii apud Salmant.¹² Et licet Salmant.¹³ cum S. Thoma, Bonacina, etc., oppositum verius censeant, recte tamen probabilem vocant primam sententiam; quia illa oblatio revera semper est conditionata¹⁴, scilicet: si nolis dare gratis, offero usuras. Sed hoc nequam admitterem, si alter non esset paratus ad mutuum dandum sub usuris; quia aliter, qui sic eum alliceret ad mutuandum, directe induceret ad peccandum. — Notant autem Salmant.¹⁴, quod requiritur major causa ad petendum mutuum ab eo, qui scitur non daturus nisi sub usuris; requiritur saltem magna utilitas, ut supra.

78. — 5º. Qui adjuvat usurarium tantum in numerandis pecuniis, scribendis rationibus aut in deferendo pignore, potest excusari a peccato sola ratione famulatus. Secus vero, si exigat usuras: quia exactio est cooperatio proximior ad peccatum usurarii, etiamsi amicabiliter exigat. — Quod si exigeret per vim aut minas, non solum peccaret, sed insuper teneretur ad restitutionem. — Vide dicenda Lib. III, n. 789.

6º. Licet dare mutuum abusuro, si adsit causa, scilicet si aliter ille multum possit nocere. Ita, apud Croix¹⁵, Azor¹⁶ et Lessius, qui tamen dicit non excusare causam lucri, etiam justi

79. — 7º. Probabilius licet petere sacramenta a sacerdote excommunicato tolerato; quia ipse tunc minime peccat ea ministrando. Tamburinius¹⁷ cum Sanchez et Hurtado, contra Suarez¹⁸. — Vide dicenda Lib. VII, n. 139.

modo usurarius sit paratus.

Adjuvare usurarium, quando licet.

Dare mutuum abusuro, quando licet.

Licet petere sacramenta ab excom. tolerato.

Item licet offerre usuras,

etiam ab solute,

Item petere mutuum abusurario.

art. 6, § 2; ex parte contradicit, (uti Sanchez notat), et concedit id licitum esse, « ubi bonum publicum est causa...; sed non ubi bonum personae esset causa ».

¹⁾ Salmant. dicunt: « rationabilis utilitas ».

²⁾ Pro Sanchez, Bonacina et Palao, cfr. notam i ad n. 47 supra.

³⁾ Et hoc eodem sensu obligationem istam

explicant auctores, qui licite fieri posse dicunt.

78. — ¹¹ Azor, part. 3, lib. 5, de Usura, cap. 18, quuer. 2 et 3, requirit quidem necessitatem vel aliquam utilitatem; quanta autem haec esse debeat, non determinat.

79. — ¹² Suarez, de Censuris, disp. 11, sect. 4, n. 12, contradicit, in quantum ceteri conce-

Item ex gravi causa a sacerdote in mortali.

Conveniunt etiam DD., licitum esse petere sacramenta a sacerdote qui est in mortali, si adsit necessitas aut notabilis utilitas. — Sed dubium est: si utilitas non sit magna, ant tunc liceat? Affirmant Azor^b, Hurtadus et Diana^b, apud Croix¹. Sed negandum cum Croix (juxta dicta n. 47, v. Verum dicimus), etiamsi sacerdos sit paratus ad sacrilegio ministrandum.

80. — Volenti autem frangere jejunium, ubicumque inveniet cibos, licet eos praebere, dicendo conditionate: *Si vis jam comedere, coena apud me;* ut dicunt Sporer^a, et Lessius^b cum Navarro^c, Cajetano apud Viva². Ratio, quia peccatum tunc jam est interne patratum, nec impenitentia potest, ut supponitur. — Sed huic op-

^a Hurtad., loc. cit., § 247. — ¹ Lib. 2, n. 272. — ² Croix, loc. cit. — ^c Cajetan., in 2^o 2^o, qu. 147, art. 4, i. f. — ² De Praec. Decal., qu. 10, art. 4, n. 6. — ^b Tr. 21, cap. 8, n. 81.

dunt id licere, seclusa etiam quacumque necessitate; dum ipse requirit aliquam communem necessitatem.

^b Azor, part. 2, lib. 12, cap. 17, quaer. 7; et Diana, part. 5, tr. 7, resol. 4, licitum esse dicunt, etiam extra necessitatis casum, sacramenta petere a sacerdote, qui in mortali peccato versatur, modo sit ad ea ministranda obligatus vel paratus.

^c Navarrus, Man., cap. 21, n. 24, tenet quidem licere, sed « ex causa justa... », puta urbanitatis vel amicace hospitalitatis ».

^d Diana, part. 5, tract. 7, resolut. 13, ex Pontio (quem nec probat nec reprobavit) generale principium affert, quo nititur haec sententia, scilicet illicitum esse alicui praebere id, quo iste hic et nunc bene uti nequeat.